

Dominici Massari Ap. ponderis  
complutus in medicinalib.  
libri iij. Tigris 1584.

GVLIELMI  
RONDELETII  
DOCTORIS MEDICI ET  
MEDICINAE IN SCHOLA MON-  
SPELIENSI PROFESSORIS  
REGII ET CANCEL-  
LARII

*De Ponderibus: sive de iusta quantitate & pro-  
portione Medicamentorum LIBER.*



ANTVERPIAE,  
Ex officina Christophori Plantini  
sub Circino aureo.  
1561.  
CVM PRIVILEGIO.

Summa priuilegij.

**C**autum est diplomate Regio, ne quis Guilielmi Rondeletij Doctoris Medici & medicinæ in Schola Monspeliensi Professoris Regij & Cancellarij, De Ponderibus sive de Iusta quantitate & Proportione Medicamentorum Librum, in hisce sive Manifestatis ditionibus preter Christophorum Plantinum vlo modo proximo quadriénio imprimat, vel alibi impressum importet, aut venum exponat sub grani multa, ut latius habet Priuilegium. Datum Bruxellis. An. M. D. LXI.

Boudewijns.



DOCTISSIMO REVEREN-  
DISSIMO QVE IN CHRISTO PA-  
TRI AC DOMINO D. GVLIEL-  
MO PELLISERIO, EPISCO-  
PO MONSPELIENSIS,  
GVLIELMVS RON-  
DELETIVS.

**V**I primū medicinam facitare, & docere cœpi, tantus in me fuit Dei Optimi Maximi favor, & beneficentia, ut concursus me ad priuatas morborum curationes conuocantium, & frequentia doctorum iuuenium, publicas prelectiones in scholis, & domi a me audientium, mihi certo iudicandi arguento fuerit, me ab ultimo mecum idem proficiuntium ordine, ea facere non esse aggressum, Quod ita iuuenes animos, alioqui non prorsus imparatos, ita incendit: ut ab eo tempore mihi proposuisset conari, eorum quæ superstites, & presentes probarent, iudicium & utilitatem ad posteros producere: & ut artis mee ullam partem non spreuerā vnquam, sed meam pro virili effeceram: sic in qualibet, vbi opera mea desyderaretur, eam nauare certum fuit. Cum autem prima secesseret mihi ea pars, que naturam corporis humani docet, exagitaunda: vidi id ab antiquis tam negligenter factum, ut quantum ad anatomem pertinet, me primum fuisse in hac Academia existimem, qui myotomen diligenter peruestigarat & exacte. Quod dum faciebam, librum, qui autopsie responderet, euulgarre necessarium duxi illico. Fecisseq; ni Vessalius, nunquam in ea parte satis laudandus, desiderium meum aliquantum expleuisse: non ita tamen, quin etiam multum supereret spei

A 2 means

mean in ea methodum non fore gregariam. Quantum autem ad facultates, & earum originem, mihi si non ubique satis fecerunt, ita tamen, ut satis ducerem, si quo in placito eorum doctrinam improbare, alijs in partibus tractandis, id attingere. Secundum hanc, ea quæ corpora sana spectat, de alimento rum ratione aliquid scribere necessarium significauit. Et potissimum de id genus alimentis, quæ sparsum tantum, & minus ac curatè à maioribus, literarum monumentis tradita, mibi autem ob maris vicinitatem, magis commoda & cognitis facilitia sunt visa. Et inde nata est mea de pescibus elucubratio. Sed tam à nostri maris vicinitate, curta commoditas secuta est: ut fuerim coactus, etiam si integrè periratationem penes me non esse scirem, saltem ut accuratiorem quantum possem praestarem, maris occidui singulos portus, & celebriora pescatoribus loca, cum impensa vix mihi ferenda, si mibi mea ars viaticum non fuisset perlustrare. Sed, bone Deus, quā in me securus factum fuerit! quam eo versu vulgari fertur, qui dimidium facti eum qui bene caput habere pollicetur? Quem enim reliquorum meorum librorum, quos souebam interea, quasi antecursorem miseram! Is ad me lacer redijt, nuncians se tanquam ouem à stercore, & bouem ab aratro ad lanianam peritraictum fuisse abijs, qui meliores suos agros ipsius ope, imo munitiora, & iutiora, vel nullis impendijs, non dicam stipendijs sua loca effecissent. Et cum mihi semper animus fuisset communicandi lubentissime, quorum me Deus primum constituisset possestrem, castigandique, si qua inter legendum, diffundendum, docendum, minus bene, vel etiam falso à maioribus, vel neotericis scripta, vel male à librarijs transcripta percepissem: id quod erat à synceritate, & animi, non possum dicere, nisi candore ortum, glorie inani, vertit φιλοθεότατος quidam, quem cū κέρδος οξεια possim asseuerare magis versatum, quam φιλοκαθίστατum abest ut πολυμαθεότητα dixerim. Quæ omnia cum, ut longè à cogitatione, sic etiam expectatione semper fuissent: eo mihi fuerunt grauita, & ita grauia, ut cum nihil mihi accidisse in vita magis sinistrum ducerem, à pristina deliberatione fuerim abstractus, mibi in ea sactum iri existimans, si ad aucto volume aliquot à me postea inueniens, isti belluarum generi me opponerem aliquando, & quam afferunt doctrinæ laruum explicarem, daremque videndos in propatulo, & fugiendos tāquam malas bestias. Sed Optime Pater caelestis, quis tibi irakenii resi-  
flat

stat, & pungentis obcalecitret? Quam recte Graecus Poeta, licet  
exoticus te loquenterem introduxit.


Ἐν γὰρ ἐμοι πελαγάρχετο, ὃν δὲ πατεῖται λόν,  
ἐν δὲ τελέστητον γέτι κεν κεφαλῆ κατανέυστο.

Sed melius mibiique proprius conueniens locutus est, qui de Hebreworum familia & Poëta & Rex prodij. Is cum aliquando, ob aliquorum malignitatem decreuerit se perpetuo silentio vitam peracturum: tandem se intus diuino incendio ardere adeo sensit, ut coactus fuerit eloqui. Ego autem in ea heresi pertinacissimè hactenus persistiteram, nunquam aliquid preterea euulgarere, ob aliquot iniquorum maledicentiam: sed iam non me contineo, inscribendo, vulgando, totus sum. Quo autem me ad id igne incenderit ille, cuius tanquam eterni ignis ignita portio tantum sumus, inde scire est. Cum diu nihil scribens, sed faciens, & docens viuerem: efflagitaret iuuenes studiosi, ut quod ego publicè profliterer, liceret illis priuatum legere, ut, & circunferre. Quorum efflagitationibus ut obtemperarem, qui aliquid dengandi prorsus sum ignarus, raptim & truncatim aliqua scribere cœpi, eo animo ut tanquam scholasticorum prescriptorum vicem praese ferrent. Que tamen cum varia, & multa fuissent, & vtilia, licet satis manca, & parum composita: multæ autem impensa vel temporis, vel pecuniarum fierent à studiosis, in illis transcribendis: undequaque & per amicos magis familiares, & per typographos orare cœperunt, ut illa typis mandarem. Quod certe non tantum potuit in trahendo, quantum in reuocando, acceptum olim vulnus. Quid igitur hanc difficultatem superauit? Nuper ab amico in Italia tunc agente, libellum accepi, qui falso meo nomine excussum, aliquid de mea doctrina redolebat, ea potissimum quam in annotationibus aliquibus in Nicolaum, trado. Sed qui meum eum librum diceret, certè parentem non haberet cognitionem. Dum huiusmodi librum partim probo, partim improbo: ad me rumor peruenit, quosdam esse qui sanctè iurassent, nisi ego ipse, quicquid ipsi scriptum acceperant excludendum curarem, se typographis, qualecumque id esset, sub meo nomine daturos. Quod ubi audio, totus, me Deus amet, perhorrescere cœpi, considerans quæ mei honoris confusio esset, intam confusis scriptis, futura. Statim me respicio, & rem meam, quod quasi non cogitanti deciderat in seriam messem conuertere sum aggressus. Que tali ordine mibi perficienda visa est: ut Emendata, absoluta & composita ad morbos tam internos,

¶ 3 quāne

quam extērnos, remēdia tam intēra quam extērna primū  
ēderem. secundo Pharmacopolarum officinam, deinde ipsorum  
Morborum notās certas. tandemq̄e Curationem integrām, ubi  
amp̄la & exquisita Morbi gallici, ipsiusque antipharmacī pro-  
prij, hoc est argenti viui, mentio haberetur, non omisſis ijs, que  
habeo in Diſcoridem scholijs, & aliquot quæ, vi ante dixi, in  
anatome toties facienda, annotaram. Sed cum ad bene prescri-  
benda remēdia artem certam, & suis uixam fundamētis, à  
paucis cognitam, & à nullo hactenus traditam viderem, qua,  
qui medicinam factitare aggrediuntur, tanquam per filium iſa-  
goge, ad prescriptiones recte faciendas, deducerentur: opera-  
pretium me facturum exſtimaui, si de ea opusculum ante mit-  
terem. Et hoc est quod tibi iam offero, & facro, Presul ornatiſ-  
ſime, de quo non possum sati gloriari, quod talem mihi Deus  
& ciuem, & Amisititem præſiterit, de cuius induſtria, ciuiles  
legationes, de religione præterit esentus, doctrina: de doctorum,  
quotquot Europa habet, ora, ſpecimen dant ampliſſimum. Quis  
quicquid eſt literarum humaniorum tuum iure potes vendica-  
re, linguarum ita gnarus, vt cum Cicrone, Demosthene, & Da-  
uidē perpetuum fuſſe tibi conſortium, nemo eſt qui non aſſeu-  
ret. Et certe fuit, qui toties eorū libros euoluerit, ubi mens ipſorum,  
hoc eſt quicquid in ijs ſuit eximij, eluet ſolum, ſecre-  
tumque ab ijs omnibus quorum præſens caro, contagionem ad  
nos etiam inuitos plerumque pertrahit, dum tanum meliora,  
& quæ ſolius ſunt animi, capſcimus. Sed iſtud gloriari mihi  
conuenit cum multis: ſatus eſt, vt proprium iaclem cum hoc ſa-  
tis ſuperque fit, quo me effere poſsim. Nonne tu iſ es, qui ad me-  
dicinam primū me pellexiſti? Qui mentem ab ijs, que ſi ul-  
terius non pergant, curioſa ſophiſmata tantū appellantur  
reuocasti, & ad vitæ honestum genus compoſuisti? Nonne tu iſ  
es, cuius menſan alteram Stoam, alterum Lyceum ſum exper-  
tus, ad quam plus mihi edidiciffe fuit, quam in opulentissima  
aliqua bibliotheca? Nonne tua conuerſatio, me historicie plan-  
tarum & pſicium magiſtrum, reddidiſti? Denique cum me totum  
reſpicio, certe riuulorum meorum fontem, poſt Deum, in te vno  
recognoſco. Cui igitur, eorum operum, que medicina ſunt ſolius,  
primitias offeram, ſi tibi non conſacrem, qui mihi tantus in  
hacce authoriſſiſti! Accipe igitur, mi obſeruaniſſime Presul,  
quem patrem duco, & reuerco, libellum: qui ſi paruus eſt, mul-  
tus tamen, & tanquam ſcriniolum eorum, que ad medicinam  
bene

bene faciendam sunt potissima. Hoc si facis, & permittis ut  
 se te tanquam à tuis manibus curfui committat: scio sub iuta  
 clientela, sua spatha felicissime persecuturum. Quod ita futu-  
 run satis ostendit, qui apud doctos quoque es tanti nominis, in  
 omniibus denique academij, ubi librorum censuræ, si vsquam  
 locorum, sunt pertinenda maximè. Nam si iustum subiisse  
 sensero: ut alter remediorum πνυτοῦ απω, non aliis quam  
 decimum in annum pressus sequatur propediem alacrior, &  
 promptior efficiat: tibiisque immortales gratias, si per vires  
 non referam, agam saltem post Deum, quandiu  
 viuam, à quo tibi perpetuam spiritus  
 presentiam deprecor, & obitii-  
 neo. Vale Monspelij.



Ιακώβος Βορδαίνεις Βερδίγαλαίς Φιλιάτρης εἰς Ρ' γνόν  
λετον ιατρικάτατον.

Φύρμακα Γκυδέλειος σωθοῦν ἐνταῦθα βροτοῖσιν  
Οἱ δὲ κλέος, σωθοῦν τ' αὐτὰ δίδασκε βροτούς.

*Eiusdem, Lectori.*

*Vt de Ponderibus conscriptus pondere iustis.  
Sic tibi sit iusti Ponderis, iste Liber.*

*Idem colloquitur Libro.*

*Cum sis Ponderibus tot onus tuus, tamque pusillus:  
Tam citò quid dextras tot peragrire potes?  
Non ex aere, falci manus, immo ex ponderum idæis  
Unica Philosophi mens, mihi mater adest.*

Ανδρέας βεκανδρείας Βερδίγαλαίς Φιλιάτρης Επίγραμμα:  
η βίβλος τῷ σύντυχάνοντι.

Ρενδέλετος πλέρυγας πρὸς Ψύχην ἀκμονὶ μέζεν.  
Ἄτις, κάπιτερ μεγάλαις ἄχθεστ τερομένη,  
Βένθεα πατήσων νεπόδαν μεγακήτεα, κάπτην  
Πυρογόρου γαῖαν, ρίπη ἐπειγομένη.

Εἰς Ρανδέλετον τὸν μετρογομότατον Γ' λέρμος Φευστικὸς  
Βριοναῖος Φιλιάτρος.

Ἐκ παιδίας εορίη ἀτελῆς μέγα δεῖτο τέοιο  
Τὰ μέτρα σωθεμένη φαρμακοέντα τελῶις  
Ἀλάγε μετρον ὁμοσυσερῶν ἀκεσάδυνος ἀνδρῶν  
Ρανδέλετος γράφειν πᾶν τέλος ἥγε δίεσν.

CA.

# CAPITA QVAE HOC OPE- RE CONTINENTVR.

- V**ANTITATE M in medicamē-  
tis tam simplicibus,quām composi-  
tis,esse obseruandam Cap.j.  
Difficile esse iustum medicamentorū  
quantitatē definire Cap.ij.  
**O**bseruatione longa , iustum medicamentorum  
præscribendorum quantitatē primū distin-  
ctam fuisse Cap.ijj.  
Medicamentorum augendorum, vel minuendo-  
rum occasio, vnde petenda Cap.iiij.  
In quibus medicamentis magis religiosē quanti-  
tas sit consyderāda, & in quibus minus. Cap.v.  
**Q**uando in medicamentis iusta proportionē cō-  
ponendis,æqualitas miscendorum, vel inæqua-  
litas seruari debeat Cap.vi.  
**Q**uæ quantitate,reliqua mendicamenta in com-  
positione superare debeant Cap.vij.  
De his q̄ minori quātitate,sumēda sunt Cap.vijj.  
Quibus mensuris , mensurarumque notis hodie  
paſſim medicamenta præscribantur Cap.ix.  
**Q**ua quantitate radices in quibuslibet remedio-  
rum formis præscribantur Cap.x.  
De dosi herbarū recentiū,vel fccarum Cap.xi.  
De florū necessaria quantitate Cap.xij.  
De fructuum mensura Cap.xiii.  
De seminū dosi,seu quantitate Cap.xiii.  
De frugib⁹,siue cerealib⁹ Cap.xv.  
De leguminib⁹ Cap.xvi.  
De lignis,& corticib⁹ Cap.xvij.  
De cinerib⁹ Cap.xvijj.  
De dosi animalium,& partium eorum Cap.xix.  
De sanguine Cap.xx.

A ; De

De vrina	Cap.xxii.
De sero lactis	Cap.xxij.
De lacte	Cap.xxiiij.
De coagulo, & butyro	Cap.xxiiiij.
De adipe, & seuo	Cap.xxv.
De medulla	Cap.xxvi.
De resinis, & picibus	Cap.xxvij.
De oleis	Cap.xxvij.
De ceræ dosi	Cap.xxix.
De aceto	Cap.xxx.
De saccharo	Cap.xxiij.
De mellis quantitate	Cap.xxiij.
De sappa	Cap.xxiij.
De metallicis & mineralibus	Cap.xxiij.
De argento viuo, & sublimato	Cap.xxxv.
De lapidibus	Cap.xxxvi.
De terra	Cap.xxiij.
De quantitate laxantium medicamentorum tam simplicium, quam compositorum	Cap.xxiij.
De dosi pilularum	Cap.xxiij.
De sirupis	Cap.xl.
De oxymelite	Cap.xli.
De pulueribus	Cap.xliij.
De confectionibus	Cap.xliij.
De trochiscis	Cap.xliij.
De eclegmatis	Cap.xlv.
De clysteribus	Cap.xlii.
De antidotis, colicis, & arteriacis	Cap.xliij.
De simplicium medicamentorum ne	collocatio-
Theriaces descriptio	Cap.xliij.
	Cap.xlix.

F I N I S .

I O A N -

5  
IOANNIS FRANCISCI RI-  
PENSIS IN LIBRVM DE  
PONDERIBVS,

AD D. G. RONDELETIVM  
Medicum præstantissimum.

Viderat æquoreis, magnus Neptunus in vndis  
Iura prius toto te posuisse freto:  
Squamigerumque genus placidas duxisse per vndas  
(Quis putet) ad patuli littora curva soli:  
Ut tua fluminibus neglectis, iusta capeſcant:  
Atque petant nūiu, nomina vera, tuo.  
Vnde pater tumidum, Neptunus, summus aquarum  
Iudicij capius dexteritate boni,  
Confortem pelagi, liquide te fecit & vndæ:  
Ingenij poterant hæc monumenta tui.  
Non satis hæc: iusta terrasque bilance gubernas,  
Dum monſtras medico pondera certa choro.  
Quanta Machaonijs effent discrimina rebus,  
Conſtaret numeris ni bene fulta suis.  
Hæc tibi que certam promittit planta salutem.  
Corpora neglecto pondere ſana necat.  
Hanc partem medice retulisti primus in artem  
Tam bene preteritis non lucubrata viris.  
Ut non ſolliciter præbentem pharmaca, né ve  
Propositum fallat pendula libra bonum.  
Hunc vigili doctum relegit qui mente libellum,  
Et voluit facili nocte dieque manu:  
Ergo dum ſluuijs Mugil versatur in vndis,  
Astutus medijs & Melanurus aquis  
Atque Astrea vagam librat dum pondere lancem.  
Seruet quo placidos, conterat atque reos.  
Inclita florebunt meritorum fama tuorum,  
Qua ſol Eois ſplendet & Hesperijs.

Ars, artas, uirtus, regio, complatio, forma  
Mors, & symptoma, iugulatio, tempus, & aer.  
Hac sunt praeunda rustico, purgare uiduti.

GVLIELMI  
RONDELETII DE PON-  
DERIBVS, SIVE DE IVSTA QVAN-  
TITATE ET PROPORTIONE  
MEDICAMENTORVM,  
LIBER.

Quantitatem in Medicamentis tam simplicibus  
quam compositis esse obseruandam.

CAPV T I.

**M**EDICAMENTA quæ ad morbos curandos usurpantur, siue sola sint, siue alijs miscenda, certa quantitate usurpari debent: vt Galenus, libro primo ad Glauconem, docens in quibus rebus sit a sit recta curandi ratio, ait hanc & quantitat e, & qualitate singulorum medicamentorum perfici, nec non vtendi modo ex temporis occasione desumpto. Morbi enim non expugnantur imbecillioribus remedijs: sed fortioribus, aut saltem æqualibus. Remedia autem imbecilla dicuntur, vel quæ sua natura efficacia quidem sunt, sed minori quantitate sumuntur: vel Imbecillio- quæ sua natura debilia sunt. Ea omnino vel à morbo, vel à natura, vel ab utroque vincuntur: victa autem inutilia esse solent. A morbo vincuntur, victa à quia excrementis permixta, vim suam amittunt: morbo. vel quia moribus, multis numeris, natura superior est. A natura autem, cùm medicamentum alieni naturam habeat, vel familiaritatem cù assūtura. mentis corpore: vel huius indoles talis est, vt nō nisi multa vi possit moueri. Quod autem excre- Recta cu-  
rādī ratio.  
Quibus re-  
medijs mor-  
bi expug-  
nentur.  
Imbecillio-  
raremedie  
a  
morbo.  
victa à na-  
tura.

GVLIELMI RONDELETII

*Exerem  
tis mixta  
medicamē  
ta.* menta vires medicamentorum minuant, hoc e-  
videntissimè apparet in sinapi, quod quanquam  
acre sit, & extrinsecus appositum vesicatorium,  
*Sinapi.* intus tamen assumptum id non efficit, extinctum  
*Minima* larga humiditate excrementorum ventriculi. Et  
*quantitas.* quemadmodum millesima pars vnius scintillæ  
ignis non vit: neq; item minima medicamento-  
rum quantitas, corpus nostrum potest afficere.  
*Quod eo minus mirum esse debet, cùm etiam*  
*Deleteria* deleteria aliqua, minori quātitate assumpta cor-  
*guantitas.* pus nostrum non lèdant. Hoc in cantharidibus  
*Canthari-* videre est, quæ parua quantitate assumptæ, alijs-  
des. que medicamentis permixtæ, vrinam mouent ci-  
tra aliquam noxam. Illud verò apparet in com-  
positis medicamentis efficacibus, vt in medica-  
mentis laxantibus, & alexiterijs: quæ nisi iusta  
quantitate assumentur, vtilitatem corpori nul-  
*Maior* lam præstant. Maior autem quantitas, vel nimiū  
*quātitas.* alterando, vel nimium repente, aut supra modū  
enauando, aut abstingendo, aut relaxādo, cor-  
pus nostrum lèdit. Quod sola quantitate fieri  
certum est, eo magis: quod medicamentorum  
*Venenosa,* quædam, ratione solum suæ quantitatis esse ve-  
*quātitate.* nenosa constet, vt opium, mandragoram, hyos-  
*Succus la-* cyatum, cicutam, succum lactucæ: qui non mi-  
nus corpus nostrum lèdere potest, magna quan-  
titate assumptus, quædam reliqua frigida. Erit igitur  
*Obseruāda* vtile medicamenta neque minori, neque maiori  
*quantitas.* quantitate usurpare: cùm hæc leuiores morbos  
curando grauiores inducat, ac pene deleteria fit,  
illa noxa non careat. Sed certam & iustam eorum  
quantitatem obseruabimus: vt tutæ, citæ, & pro-  
ba, susceptorum morborum curationis fiamus  
composes.

Diffi-

*Difficile esse iustam medicamentorum quantitatem definire.*

*Cap. II.*

 V M aliqua sint medicamenta, quæ unde diffi-  
non nisi magna quantitate assumpta cultas quæ-  
prodeesse possint: ut quæ leuiter laxat, titatis.

& quædam quæ non nisi parua quan-  
titate danda sint: ob eorū insignem laxandi vim,  
vel calfaciendi, vel refrigerandi: quædam verò  
medio modo se habeant. Difficillimū est proin-  
de, medicamentorum quantitatem, vel modum,  
in tanta medicamentorum varietate, & corpo- *Medicamen-*  
rum dissimilitudine, tamque varia ætatum, tem- *torum dis-*  
pestatum, regionum, locorum, morborum, & hu*similitudo.*  
morum euacuandorum ratione, diffinire. Non  
enim ex æquo omnia medicamenta opus suum  
peragunt: cùm cassia, manna, tamarindi, pruna,  
polypodium quercinum nō nisi magna copia la-  
xent. Contra diagridium, colocynthis, veratrum  
vtrumque, turbith, elaterium pauca, quampluri-  
mum. Castoreum, euphorbium, piper, & quæ ad  
tertium, & quartum usque gradum calefaciunt,  
vel minima quantitate id posseunt. Neque si refri-  
gerare volueris, maiori opus erit opij, vel man-  
dragoræ, vel hioscyami, vel cuiuslibet narcotici,  
cuiuscunque denique quod quartum gradum fri-  
gidi attigerit. Sed rhabarbarum, agaricus, senna,  
& quæ ad secundum & tertium gradum calefa-  
ciunt, vel refrigerat, siccāt, vel humectant (qua-  
doquidem moderatè corpus lacesunt) mediocri  
quantitate recipiuntur. Talis autem varietas est,  
quæ ratione assumendorum difficultatem incre-  
dibilem parit. Quam non minorem percipiet,  
qui quæ multiplex sit assumentiū conditio, con-  
siderauerit. Primū enim eadē non est in omnibus  
hominibus corporis constitutio, & temperatura. *Diversitas*  
Alia enim facile à quo quis medicamento immu- *assumētiū.*  
tantur

G V L I E L M I R O N D E L E T I I

tantur, alia autem difficillimè: Nam inter homines sunt, qui solo odore medicamentorum laxantium, ad excretionem excitantur: alijs autem, ne magna quantitate quidem mouentur. Præterea ætatis, & tempestatis diuersitas, facit, ut idem homo eadem quantitate, & eodem medicamento

Vere, Aestate, Autumno, & Hieme, puer, iuuenis, Regionum varietas.

vir, senex pariter non moueatur. Quod etiam regionum, & locorum dissimilitudo inæqualitatem remediorum poscat, appareat: Nam qui in regione Australi degunt, mitiori medicamento, & minori quantitate mouentur: quam qui in Septentrionali. Et ne longius exempla petamus: Rutenenses non drachmis, sed vnicis medicamentorum fortium purgantur. Hoc idem accedit Hispanis

Perpinianenses. apud Perpinianum: quod septentrionalibus ventis assidue perlentur. Monspessuli drachmæ duæ,

Monspessullani. vel drachmæ tres Electuarij de succo rosarū sufficiunt. Auenionenses medio modo se habent inter nos, & Rutenenses, Parisienses, ob regionis humiditatem, alium ferè semper lubricam habent:

Rutenses. proinde minori quantitate medicamenti, vel mitioribus purgandi sunt. Ceterum ad eandem difficultatem trahemur, vbi ad morbi, vel symptomatum naturam considerandam peruererimus.

Morborum Morborum. Apoplectici enim, & phrenetici, quibusque sensus sunt sopiti, vel mens laborat ob sensum in il-

lis præsentem interceptionem, in his autem occupationem nimiam, irritationem à medicamentis factam non sentiunt, cumque ob id, sphincteres à sua constrictione non cessent: sic inde ut vel nullo modo, vel cum difficultate possint euacuari: Purgatio contrà facilis in his qui quolibet alii profluvio laborant, conspicitur. Denique non minor forsitan, quam in præcedentibus, sese offert difficultas, cum humorum euacuandorum aptitudo.

Humorum euacuandorum aptitudo. Euacuando: Purgatio contrà facilis in his qui quolibet alii profluvio laborant, conspicitur. Denique non minor forsitan, quam in præcedentibus, sese offert difficultas, cum humorum euacuandorum aptitudo.

tudo fuerit nobis discernenda. Facile enim euacuantur humores tenues: ut serosi. quique præterea acres: ut Bilis. tum qui in ventriculo. intestinis. & primis venis sunt. & iam commoti. Difficillime autem crassi: ut Melancholia. lenti: ut Pituita viscida. nec non qui in ultimis venis. quæ circa habitum corporis sunt. & conquiscent.

Quare rectè dictum fuit antiquis. difficillimum esse quantitatem medicamentorum præscribere. sed hoc situm esse in artificiose conjectura. vnde prudentiores medici hac in parte. alijs sunt futuri excellentiores.

*Antiquo-  
rum opinio.*

*Observatione longa. iusta medicamentorum prescri-*  
*bendorum quantitatem. primum distinctam*  
*fuisse.* Cap. III.

B S E R V A T I O & experientia multa nobis declarat. quæ ratio ostendere non potest. Quis enim ratione inuenire potuisse vnquam. quæ medicamenta Pituitam purgarent. quæ Bilem. quæ Melancholiam. quæ Aquas. aut quæ venenoſa essent. aut quæ venenis antipathia quædam aduersarentur? Nullus certe. Imo sola experientia. longoque tempore à maioribus. talia primum fuerunt comprobata: ut & medicamentorum iusta quantitas. observatione. dehinc artificiose conjectura. cognita. Nam cùm aliqua non purgare in minori quantitate. experti fuissent veteres. maximam quantitatem. ausi sunt dare: in quibusdam verò alijs. ex mediocri quantitate su- per purgationem euensis intui. proinde maximam quantitatem exhibere. postea cauerunt semper. Collegeruntque inde. quænam medicamentorum quantitas neque maior. neque minor iusto. pro præsenti negocio. medicis necessariò foret usurpanda. Nec ullus est tam exercitatus. qui

B poscit

G V L I E L M I R O N D E L E T I I

Scammonium.  
Cassia.

possit aliam rationem reddere, cur scammonij vnam: ut sit de cassia, non demus. cassiae autem grana duo, vel tria, ut scammonij, in laxando aliud non prescribamus: nisi quod experientia perspicuum sit cassiam leuiter purgare, scammonium autem non nisi vehementer id facere.

*Medicamentorum augendorum, vel minuendorum occasio unde petenda.* Cap. IIII.

Experiētia  
& ratio.

Unde certae  
medicamē-  
torū doses.



V A E experientia tradidit, ratio auxit, & confirmavit: vt in quantitate medicamentorum videre licet. Nam posteaquam maiores nostri obseruatione didicerunt, medicamenta certa

quantitate laxare, vel aliud agere, singulorū medicamentorum dosim tradiderunt: vt aliquid certi de ea haberent studiosi, minimam, & maximam indicantes. Ut cum dicunt, rhabarbari dosim esse à scrupulo uno ad vnciam vnam: hoc precepto docent, minorem quantitatem scrupulo uno inutilem, maiorem vero vncia vna, periculosam. Relinquentes à scrupulo uno ad vnciam vnam, multas, & intermedias dosim differentias, quas sa-

Opus saga gax medicus peruestigando, in ea inuenienda eis medici. quantitate, quæ vnicuique foret commoda, suum Unde parti opus haberet situm. Sed quod facilius id perficeculares do ret, eam ex peculiari natura ægrotatis, victu precedentie, locorum, & anni aerisque constitutio- ne, & ætatum, & sexus, & consuetudinum ratio- ne, & ex humorum euacuandorum natura, loco que in quo collecti sunt, vel regione per quam educendi, morbique, & symptomatum propriete, viribus assumentis, & medicamentorum, esse colligendam docuerunt. Sed quia haec clarius in

Peculiaris egri natu- medicamentis laxantibus apparent, ob id ab ijs petamus exemplum. Primum peculiaris ægri na- tura confyderata, facilis ne sit, an difficilis ad euau-

cua-

euationes, docebit: vt si facilis fuerit drachma se-  
 mis: si difficultas, drachma vna, vel dux exhibeantur.  
 Quare si medicus ægrum non nouerit, eum  
 interrogare debet, quomodo se habeat ad eu-  
 cuationes. & Pharmacopolam qui medicamēta  
 solet illi propinare: vt quantitatē medicamēti  
 dandi, naturæ ipsius consuetam edoceat. Quam  
 postea prudens medicus augebit, vel minuet, ha-  
 bita ratione eorū quæ superius dicta sunt. *Victus* *ratio* *quæ præcessit*, *recrementorū* *quantitatē*, *tio prece-  
 vel qualitatē manifestē docet. Qui enim tenui  
 victu, & exquisito vtuntur, paucis recrementis  
 abundant, qui verò pleno, multis redundare so-  
 lent: qui plenissimo, quām plurimis. Quare mi-  
 norem, in eo qui inedia vsus est: maiorem autem  
 in eo, qui multo pleniore luxu, medicamētorum  
 quantitatē adhibebit: vt medicamentorū pro-  
 portio respondeat humoribus evacuandis. Qui  
 non exquisito victu vtuntur, sed citra delectum  
 quibuslibet vescuntur, alia atque alia quantitate  
 purgandi sunt. Nam qui fructibus astringētibus,  
 vel alimentis fumo, vel sale siccatis, & crassis, vel  
 aqua pluia pro potu vtuntur, ventris partes ma-  
 gis constrictas habent, & humores minus fluxi-  
 les: quamobrem erit medicamenti quantitas in  
 talibus augenda. Et è contra, ijs qui fructibus la-  
 xantibus, aut humidis, aut tenuibus, aut acribus,  
 aut amaris, & facultatem expulsivem proritan-  
 tibus vtuntur, dosis medicamentorum minuen-  
 da. Regionum, locorumq; natura, communem. *Regionum* *locorumq;*  
 habet cum anni, aërisq; constitutione obserua-  
 tionem. Quò fit vt vno theoremate dicamus, lo- *natura: an*  
 ca frigida, annique & aëris constitutionem frigi- *ni aërisque*  
 dam, vel siccā augendam medicamentorum *constitutio-*  
 quantitatē docere: vt minuenda contraria consti-  
 tuatio suadet. In siccioribus & frigidioribus enim,*

G V L I E L M I R O N D E L E T I T

humores minus mouentur, & in alto delitescunt,  
& conquiescunt. In calidis vero, & humidis facilius mouentur: quia calor facit ad meatuum relaxationem, & humorum motum. humiditas ad faciliorem fluxum: frigus ad constrictiōnem, & quietem: siccitas ad pertinaciām. Et quō certius medicamentorū laxantium quantitatē, in omnibus locis, inuestigare possimus. Sentio non negligendam consuetudinem eorum, qui in ijs medicinam facere consueuerunt, quæ ex eorū p̄scriptis in Pharmacopolarum officinis, sciri poterit. Vel interrogādi sunt medici ipsi (quod mihi accidit in Hispania) faciendum. Quæ regio cum siccā sit, eius incolæ difficillimè mouentur ad excretiones, p̄cipuè plebæi, potissimumq; apud Perpinianum, quo in loco medicamenta laxatiā p̄scribuntur, ut apud Rutenenses. Hac cautela, præter eam quæ communis est toti regioni, etiam hominum, qui in ea habitant, peculiarem naturā facilè edoceri poteris. Aetatem considerandam in diligenda medicamenti quantitate, etiam habemus necessariò. Cùm puerilis ætas ob humiditatem facilè diarrhoea, aut alio ventris fluxu corripiatur: & ob eupathiam, siue mollitiem facilè robur dissoluatur: quare paruam quantitatē medicamentorum purgantium desiderat. Iuuenilis vero, cùm ob robur tum ob copiam recrementorum, maiorem. Senes, quibus tempore iuuentutis adstricta fuit alius, & senescentibus humida est, quia facilè diarrhoea ut pueri corripiuntur, & ob virium imbecillitatem eadem cum pueris quantitate evacuandi sunt. Quibus vero aliis adstricta est in senectute, maiori quantitate sollicitandi sunt, ut & ætate consistentes. Sexus non nihil facit: nam mulieres, cùm sint humidiores, minori quantitate medicamenti mouentur, quam viri.

Aetas.

Sexus.

viri . idem & in eunuchis spectandū : vt potē qui naturam virilem deponentes, muliembremq; induentes humili redditur prorsus . Deniq; qui cunque multa humiditate scatent, vt balbi, ita facile à medicamentis patiuntur, vt pauca copia illis sit satis . Consuetudo etiam longa, medicamēta familiaria reddit : ob id quātitas eorū augēda, vel fortioribus medicamentis additis vel eorum vehementiam augmentibus admiscenda . Tantam enim vim habet consuetudo, vt quā etiam venefica sunt alimenta plerunque redditur, quod videre licet in puella aconito educata : quandoquidem solent minus afficere quā consueta sunt.

Humor qui euacuandus est, maiore quantitatē vel minorem docet exhibendam, vt si Pituita tenuis euacuanda sit, sufficiat agarici drachma una, nisi in partibus multum remotis posita sit. Ad Pituitae verò viscidæ, & crassæ purgationem, drachma una & semis, vel duæ sumendæ erunt, additis granis aliquot zingiberis, vel salis gemmæ, vel castorei. Ad Bilis autē euacuationem, minor quantitas requiritur, quam ad Pituitæ, vel ad Melancholia: humoris enim coctio, & præparatio minorem quantitatē medicamenti postulat, ob euacuandi facilitatem. Cruda verò si euacuanda sint, maiorem : solent enim difficilius euacuationem pati ob crassitatem, & visciditatem. A loco in quo humor collectus est augendæ vel minuendæ medicamentorum dosis indicatio suscipitur. Nam si in ventriculo, vel intestinis, vel primis venis humor qui euacuandus est, collectus fuerit, drachma una agarici sufficiet: quā quantitas non sufficeret, si à capite, vel thorace, vel articulis, aut carne, remotioribus denique venis, vt potē quā ad regio per cutim sunt, euacuandus esset, Si vomitione materia educenda sit, minori quātitate sollicitanda mor.

*Eunuchi.**Balbi.**Consuetudo.**Puella aco  
nito educa  
ta.**Humor e  
vacuandus.**Locus cole  
cti buva  
ris.**Regio per  
quam edu  
cendus hu  
manus.*

G V L I E L M I R O N D E L E T I X

est facultas expultrix, quām si per ventrē, vel vri-  
Azaram. nas. Quod in azaro videre est. Azari enim radi-  
cis, vel seminis scrupulus exhibitus in aqua cali-  
da, vomitionem excitat: drachmæ duæ ventrem  
laxant: si tenuissimè terantur, drachmæ tres vrinā  
mouebunt: si drachmæ quatuor, menses: si drach-  
mæ sex per inferiorem, & superiorem ellebori

Præsens re- modo purgabunt. Præsens virium robur medi-  
camentum dandum maiori quantitate, suadet.

Imbecil- litas. Imbecillitas verò, de quātitate ipsius nos detra-  
here, cogit. Facultas expultrix sopita magni mo-  
menti est, ad quantitatē medicamentorum de-  
terminandam, vt in apoplexia, caro, lethargo, &  
alijs soporiferis affectibus experimur, in quibus

maxima quantitas medicamenti parum euacuat:  
quemadmodum etiā in phrenitide, & alijs mor-  
bis, in quibus mens occupata est, & excrements  
sufsum trahuntur. Haec tenus persecuti sumus in-  
dicationes sumendę medicamentorum quantita-  
tis, quæ tantum ab ægro, vel ipsius circumstantijs  
habetur. Supereft ut præsens caput absoluiamus  
in ea peruestiganda, quæ à medicamētis, eorumq;  
viribus sumitur: vt minorem fortium, maiorē au-  
tem debilium quantitatē prescribamus. Virium

medicamē- totum per-  
autē perquisitio optimè fiet, si, cùm medicamen-  
torum alia simplicia, alia composta sint, simpli-  
cias ita considerauerimus, vt præter naturā quam

perquisitio. Roboris  
Simpliciū. habent à sua specie: verbi gratia, quod hoc vel il-  
lud scammonium vel rhabararum sit, vel senna,  
etiam loco ynde erunt progenita, aliquid tribua-  
mus. Orientalia enim omnia maiorē habere vim  
nemini est dubium, nec non ætas est animaduer-  
tenda: cùm ætate secundum alias qualitates  
augeantur, secundum alias diminutionem patiā-  
tur, vel prorsus earum iacturam. Hoc manifestis-  
simè apparet in cassia recenti, quæ ob suam lar-  
gam

gam humiditatem mediocri quātitate superpur-  
gationem facit: antiqua verò corpus alic, & mi-  
nimè ventrem mouet. Non minus in oleo, quod  
vetustate acrimoniam acquirit, & siccandi vim,  
relaxandi autē amittit. Lachrymę recentes emol-  
liunt, antiquæ vim emoliendi perdunt, digerēdi  
acquirunt. Semina frigida maiora, & amygdala  
recentia refrigerant, & humectant: vetusta cale-  
faciunt, & siccāt. Castoreum, thapsia, balsamum,  
post duos annos, vim suam amittunt. Composi-  
torum verò ratio, in componendi modo, simpli-  
ciumque ex quibus componuntur, iam explicata  
conditione, tota est sita, nec non atate. Theriacā  
enim sciūt omnes, annis amittere vim incrassan-  
di, siccandi verò, & calefaciendi acquirere effi-  
citatatem. Ergo, vt vires medicamentorum præ-  
paratorum in officinis, perspici possint, Pharma-  
copolarū & doctrina, & probitas est cognoscen-  
da. Solent enim alij melius; alij deterius præpara-  
re medicamenta: alij alia medicamenti præpara-  
tione: alij melioribus medicamentis vti consue-  
uerunt. Ob id & descriptiones medicamentorum,  
& simplicia quibus vtuntur, medicus diligenter  
animaduertere debet. Nam & in quibusdam cō-  
positionibus, vt Catholico, & Syrupo rosato la-  
xatiuo scammonij, vel diagridij partem aliquam  
addunt: cùm vt aliorum simplicium imbecillita-  
tem, prauamq; cōpositionis præparationē tegat,  
tum suis medicamentis fucum quendam addant.

*In quibus medicamentis magis religiose quantitas sit  
consideranda, & in quibus minus. Cap. V.*

EDICAMENTA omnia, quæ  
nostrum corpus afficere possunt in-  
signiter, postulant sui quantitatē re-  
ligiosius exhiberi, in alijs ea minus  
est consideranda. Cùm autem medi-

B 4 camenta

*Castoreum  
pragae  
Antiqua corp.,  
alii & minore  
mouet -*

*Composi-  
torum.*

*Prepara-  
torum in  
officinis.*



GVLIELMI RONDELETII

camēta omnia primō sese nobis offerant, vel tanquā internā vel tanquā externa: quia hæc minus periculi habēt, ideo quod iā dictum est, citra am pliorē explicationē, hacin parte, satis esse poterit.

**Externa.** Interna. Sed cū nullū sit internorū, in quo assumendo de vita agi non videatur, ea de causa, attentionis in his multo plus requiretur. Non tamen quod internorum vna appellatio, vnicam quantitatē postulet, imo noua sese offert hic denuo facienda distinctio: ut quæ ventrem laxant immoderatè, dosim permittunt paucissimam: ventrem enim agitando, vel nimium laxando vires deiiciunt:

**Laxantia  
immoderate.** Parum laxantia. ob id eorum quantitas maior est vitanda. In ijs verò quæ minus laxant, vel constringendo, vel leniendo, vel trahendo, minus accuratè quantitas est obseruanda. Porrò in Antidotis, & Arteriacis,

& Colicis, quia hæc omnia opium recipiunt, potissimum cū recentia sunt, minorem copiā recipere est necessarium. In ijsdem compositionibus antiquis, minus periculosa maior quantitas erit. Antidota, quia mediā naturam habent inter nos & venena, plus, quam reliqua, habent periculi.

**Opium.** Theriaca. Quam ob causam, theriacam pueris dare, prudenter Galenus prohibuit. Quod si danda faret, certè à scrupulo semis, ad scrupulum vnu tantum effet prescribenda. Idque in valde senibus non minus est obseruandum: cum non minus, in

**Parata ex  
opio recentia.** Parata ex opio, quam in pueris: quia cū parum caliditatem innati habeant, facile extinguitur magna eorum

**Ad quartū  
gradum a  
genus.** medicamentorum quantitate. Item medicamenta omnia, quæ ad quartum gradum vel calefaciunt, vel refrigerant, minori quantitate sunt usurpanda ob insignem eorum vim agendi. Religiosè etiam

Cara. Fœtida. quantitas venit obseruanda, eorum quæ valde cara, aut fœtida: denique quibus sapor, vel odor est in-

ingratus. In Mitioribus autem remedij, & imbe-  
cillioribus, familiaritatemque habentibus cū cor-  
pore, & ventriculo gratis, minus religiosè exhibi-  
bitur. Nos, ob eam causam, in hoc libro, rudi-  
vt aiunt minerua, quantitatem simpliciū, & com-  
positorum medicamentorum docēbimus, & mi-  
scibilium, quam debent habere ad inuicem pro-  
portionem, pro remediorum formis, & scopis.  
Nam exquisitiū doceri non fas est, ob corpo-  
rum, & affectuum maximam differentiam.

*Mitiora.**Præsentis  
opusculi ar-  
gumentum.*

*Quando in medicamentis iusta proportione compone-  
dis, æqualitas miscendorum, vel inæqualitas  
seruari debeat.* Cap. VI.

**M**EDICAMENTA, quæ in usum veniunt, rarò sola, & per se usurpan-  
tur: sed aliquibus permiscentur: vel dicamēta,  
ut conseruentur, vel ut cōmodius ex-  
hibeantur, vel quæ periculosa sunt, tu-  
tius administrentur, vel quæ parum efficacia sunt,  
efficaciora siant, vel quæ ingrata sunt magis gra-  
ta reddantur lingue, palato, ventriculo, vel ad cer-  
tam formam medicamentorum reducantur. Sed  
quia aliquando quæ commiscentur similia sunt,  
& ex æquo affectui, cause, & symptomati aduer-  
santur, & pariter corpori, & parti conueniunt, &  
materia apta est formæ inducendæ; tunc in eadē  
proportione, & mensura æquali definiuntur: &  
econtra, si qua istarum conditionum desit, non  
æquali mensura, vel pondere permiscentur: il-  
ludque factum est in compositione Basiliconis:  
quæ Recipit ceræ, picis, resinæ, adipis tauri, vel  
eius loco olei æquales partes. Hæc simplicia,  
quia ex æquo suppurationem iuuant, ob id æquali  
pondere permixta fuerunt. Adde quod hæc com-  
positio nullam materiam desiderat, vel ad conser-  
uationem, vel ad formā inducendam, sunt enim

*Aequali  
quantitate  
miscenda.**Inæquali-  
tate miscē-  
da.**Basilicon.*

G V L I E L M I R O N D E L E T I F

ex eorum numero , quæ facile non putrescunt:  
quia pinguia , & viscosa sunt , & ipsa formam vnguenti liquata simul constituant , addique solent vnguentis , vel emplastris ad inspissationem , & ad vnguenti , vel emplastri formam inducendam .

*Minus sc̄o-* Euenit aliquando , vt medicamenta , ob æqualem  
*pū spectan-* efficacitatem simplicium ex quibus componin-  
*tū plus ali-* tur , ex æquis deberet constare quidem partibus :  
*quādo esse* sed quia amara , aut alio modo ingrata sunt , ad  
*accipiendo* dulcorem inducendum , vel mel , vel zaccharum ,  
vel sappam , vel aliquid aliud tale desiderant , maioriique cōpia , licet nihil , vel parum ad effectum  
sint profutura aliquando . Ut in Theriaca diates-  
faron euidentissimè appetet : quæ recipit gentianæ , baccarum lauri , myrræ , aristolochiæ rotundæ , singulorum vncias duas , mellis vero libras duas . Sunt enim amara , & ingrata valde omnia ,  
proinde ad dulcedinem his inducendam , mel in  
maiori quantitate est positum , tum etiā ut opia-

*Cōmodioris* tæ , vel confectionis formam induceret . Quod si  
*maiores* eorū quæ in compositione ingrediuntur , vnum ,  
*quantitatē* vel plura morbo , omnium reliquorum maximè  
*esse acci-* conueniant : ea quantò sunt conuenientiora , tan-  
*piendam.* to maiorem sui quantitatē dabunt . Ut videre

*Philoniū.* est in compositione Philonij , in qua opium , ca-  
storeum , & reliqua quæ ipsum perficiunt , quia  
dissimilia sunt , nec ex æquo conuenire possunt ,  
non æquali quantitate recipiuntur . Piperis enim ,  
& hyosciami añ . drachmæ viginti ponuntur : cum  
opij drachmæ decem , croci drachmæ quinq ; spi-  
ceæ , pyrethri , euphorbij añ . drachma vna , addan-  
tur tantum .

Quæ quantitate reliqua medicamenta in com-  
positione superare debeant . Cap . VII .

I G L

**G**IT VR, cum medicamentorum, alia *Causa materiae*  
 quantitate superent, alia sint inferiora in *ioris qualitatibus*  
 cōpositionibus, de illis primum agemus.  
 Dicemusq; id fieri, vel qua ratione formam dant,  
 & vice materiæ sunt toti medicamento, vel præ-  
 ter id etiam affectui, & præcipue ad eum expellē  
 dum actioni, vel etiam tantum morbo, aut præ-  
 senti morbi occasione potissimum apta sunt, vel  
 eorum vis nulla, vel pauca est, nisi sub grandiori  
 mole. Ergo hoc commune & vniuersale præceptū *Precepit.*  
erit in omnibus remediorum formis parandis. vt  
 qua materiæ naturam referunt, & formam medi-  
 camentis inducunt, vel ad conseruationem reli-  
 quorum adhibentur, quantitate reliqua, vel sangu-  
 la, vel omnia simul, superent, vt saccharum, & mel  
 in sirupis, electuariis, confectionibus: oleum, &  
 cera in vnguentis: lithargyrum verò, pix, resina  
 in emplastris: Aloë in pilulis. Præterea, si qua sint *Materiam*  
 à quibus, præterquam quodd materiæ vices gerūt, *dantia &*  
 potissimum dependeat operatio (quod studio-*vim.*  
 se in multis compositionibus obseruatum fuit)  
 ea quatenus pluribus de causis erunt conuenien-  
 tiora, tanto maiori quantitate reliquis potiora  
 erunt: vt in compositione Hieræ picræ videre *Hiera*  
 est, qua recepit azari, cinamomi, croci, spicæ picra.  
 nardi, mastichis, Xyobalsami añ. drachmas sex  
 aloes drachmas centum. Cæterū si quod sit *Præcipit*  
 à quo tota agendi vis pendeat, & quo in sco-*totius cōpa*  
 pum potissimum collimemus, reliqua verò tan-*sitionis me*  
 tum vel ad verò tantum vel ad incisionem, vel  
 ad tenuationem, vel ad deterionem, vel cor-  
 robationem ventriculi posita sint: illud iure optimo  
 primas, tunc temporis, etiam ratione quanti-  
 tatis, obtinebit. Quod in præcedenti Hieræ picræ  
 exemplo videri potuit, si quis opus dandæ formæ  
 medicamento non spectet, quia à sola aloë tota  
 purgandi

purgandi vis penderet, ipsa copia longè reliqua superauit. Idem contingit, eademque ratione, in

*Hiera colo* *Hiera colocynthidos: reliquis enim medicamen*

*Omibidos.* *tis, quanta aptitudine præstantior, tanto pondere ijs est superior colocynthis.* Recipiuntur enim hic medullæ colocynthidos mollis vnciæ sedecim, chamoëpyteos vnciæ sex, florum iunci odrati, vel radicum, vel caulium vnciæ tres, cassiaæ, cinamomi, spica nardi, myrræ an. vnciæ quatuor, croci exagia septem, opopanacis vnciæ tres, piperis longi, & nigri an. vnciæ tres, marrubij, stechados an. vnciæ septem, gentianæ agarici an. vnciæ quinque, sagapeni vncia vna, mellis quod sufficit ad excipiendum, & dulcorandum. Talis descriptio reperitur apud Galenum libro de Paratu faciliibus: in qua compositione, colocynthidos vnciæ sedecim recipiuntur, cum aliorum medicamentorum pondus maximum sit tantum vniuersarium sex. Quod si à pluribus medicamentis dependeat actio: ea pondus minus necessariorum, suo vincere debent. Secundum hanc rationem agaricus, turbith, colocynthis, carthamus in remedijs ad Pituitam purgandam superant ea, quæ alios humores purgare possunt: ut in Biliosis sciamonium, & rhabarbarum, in Melancholicis thymus & epithymus: & hoc ita simpliciter pronunciamus, quatenus ad unum tantum humorē euacuandum medicamentum aliquod paratur, vel

*Quando plura in cōpositiōne extellunt vi.* quando plura prescribitur. Nam si plures humores sunt euacuandi, animaduertere oportet qui illorum magis res sunt excoctus sit, aut qui sit in vijs ductuum, etiam si euacuandi. Etus non sit, euacuationi deniq; paratior, aut qui magis vrgeat: in eoq; casu nos maiorem copiā eius medicamenti quod talem humorē euacuat, non neglectis alijs humoribus minus virginibus, vel paratis minus ad excretionem, ponimus

mus. Humores enim simili permixti non facile ab *Humore*<sup>9</sup> uno medicamento trahuntur. Hoc in febribus cō *permixti*. positis, & spurij consueuitus facere: vt cum tertiana spuria curanda est, agarico, & rhabarbaro utimur: maiorem tamen rhabarbari copiā, quām agarici: quia Bilis citius coquitur, & quia magis vrget sua tenuitate, & caliditate, in prima euacuatione ponimus. In declinatione verò plus agarici, quām rhabarbari. Rhabarbarum infusum intelligo, cui maiorem quātitatem incidentium, & attenuantium vt cinamomi, & spicæ adiungimus in principio propter obstruktiones, quæ tūc maiores sunt quām in declinatione. In compositis verò febribus, & in quibus Bilis peccat, ea magis euacuanda est, & primò. Pituita autem quia lenta, & viscida tardius concoquitur, & proinde postremò euacuanda. Porrò superat reliqua medicamenta quantitate, quæ sub magna mole vires habent imbecilliores, quales sunt omnes ferè flores, & omnia medicamenta temperata: sed hoc faciendum est, si forma medicamenti non prohibeat. Nam pilularum forma, sub parua mole, vi- *Pilula.*

res fortiores continere debet, ne molestum sit ægrotanti pilulas tam multas deuorare. *Quare Flores*, neque *alia medicamenta imbecilliora* ponendebent in pilulis: quia si in magna quantitate ponantur, molem medicamenti augendo, vires eiusdem minuent: vnde dosim pilularum cogeremur augere, quod ægrotantibus esset admodum molestum. *Fruictus idem* faciunt in pilulis, proinde

in eis non sunt ponendi: Id similiter de alijs formis remediorum intelligendum est. Verum hæc hactenus, de ijs quæ in medicamentis compositis primas tenere debent. Sed non est prætermittendum, reliquorumne aliqua sint, in quibus ordo, *quantitas* post primū locum, etiam sit obseruandus, vt alijs prescriptis fe-

*Fructus.**Quæ primū**ordinē de-**inceps se-**ndum,**reliquorumne**aliqua sint,**in quibus**ordo,**quantitas**post primū**locum,**etiam sit obseruandus,**vt alijs prescriptis**fe-*

*Flors et  
fructus, poni  
in pillulis  
non sunt*

G V L I E L M I R O N D E L E T I I

secundas; alijs tertias, & ita deinceps dare oporteat, ad quod satis erit addidisse, vt si preter scopū purgandi præcipuū, detergēdum & incidentum sit, maiorem tamen incisionem requirat affectio, incidentia tunc detergentia superent: contra autem fiat, si magis detergendum sit: vt semper ad id quod magis vrget, scopū nostrum dirigamus: non neglecto tamen eo quod minus vrget, vel sine quo aliud fieri nō potest, vel minus bene fit.

*De his que minori quantitate sumenda sunt.*

Cap. VIII.

**M**INORI autē quantitate sumuntur omnia medicamenta, quæ vel ingrata, vel nimirum cara ob raritatē, vel nimis efficacia sunt, vel aliquid venenī habent, vel tantum præcipiūrū medicamentorū actionem aut castigant nimia, aut ope egentem iuvant. Ingrata autem esse possunt vel ob odorem, vel ob saporem, vel ob consistētiam. In internis itaq; remedijs, hæc quidē essent fugienda: sed si, ob eorum usum necessarium, quandoque sint usurpanda pauca, eademque castigata in cōpositionem debent injici. Talia autem sunt, ratione odoris, quæ foetidū spirat, vt assa fœtida, castoreum, galbanū, opopanax, euphorbiū, sagapenum, & alia lacryma acres. Ex herbis, sabinā, ruta domestica, & agrestis, pulegium, menthastrūm, anagyris. Sapore ingrata sunt, quæ acria, amara, nitroſa, vel acida existunt. Acria, vt euphorbiū, thapsia, pirethrum, synapi. Amara, vt colocinthis, succus absinthij. Nitroſa, vt nitrum. Acida, vt succus limonum, omphacium, acetum. Ingrata cōfissentia ingrata sunt viscus, & viscosa omnia, item pinguis, quod ventriculum subuentant. Rara, & quæ magno pretio vendūtur, vt moscus, ambra, ciueta, balsamum. Hæc omnia in quantitate

*Ingrata.*

*Fœtida.*

*Sapore ingrata.*

*Acria.*

*Amara.*

*Acida.*

*Ingrata cōfissentia.*

*Rara.*

tate parua poni debent, cum ob raritatē, & pretiositatem, tum ob odorem insignem, ob quē in aliquibus affectibus, & in nonnullis hominibus fugienda sunt, ut quæ caput feriūt, & mulieribus afferant vteri præcipitationem. Nimiū efficacia, *Nimiuns efficacia.* quod immoderatè corpus nostrū immutent, vel alio modo afficiant, qualia sunt ea quæ ad quartū usq; gradū vel calefaciūt, vel refrigerāt, aut prorsus vitanda, aut parciūs assumenda. *Idem venit faciendum in ijs, que tota substātia corpori nostro Venenosa.* aduerfantur, ut venenosa qualis est caro viperarum, scorpionum, cantharidum, & pleraque alia. *Mineraliū quidem aliqua sunt, quæ, & tota sub- Mineralia.* stantia, & agendi vi immoderata periculū creāt: eiusmodi est lapis *cyanus*, qui ventrem supra modum laxat, & crustas excitat: vitreolum sua vehementi acrimonia erodit: alumina immodicē adstringit: sulphur vero nimium exsiccat, itaque præcedentium normam subibunt. Quæ porrò ad *Castigatiā.* castigationem malignorum medicamentorū adhibentur, paucam tantum sui copiam permittūt, ut castoreū opio adiunctū non æquali proportione poni debet, si ad castigationem opij tātum admittatur. Quod si ex æquo cōueniant affectui, *sequitūt in- vt si materia attenuanda, & dolor sedandus, pro uaria.* partis etiā natura, æquali mensura cōmiscentur: sed in parua tantū quantitate, ob eorū insignem vim. Quod quidē in colico affectu ob materię fri *Colicus af- gidityatem, ad flatuū verð, discussionē, & sensum fettus.* obtundendū obseruari solet. Id in vehementiſi- *Castoreum in auris doloribus.* mis quoq; auriū doloribus faciendum, in quibus, ob sensum auditus, castoreū cōfert quā plurimū. Idem de croco, & myrrha sentiendū est, quando ad castigationē opij adduntur: crocus in ijs affe- *Crocus.* cībus, in quibus & concoquere, & somnū con- ciliare oportet: myrrha verð ubi detergere: ut *Myrrha.* in

*Aperiētia  
& dedu-  
centia.*

in ulceribum rēnum, & vesicę. Aperientia autem, & deducentia minori quantitate, quā alia quā deducuntur poni debent, nisi ex aequo affectui, vel corpori, cum reliquis conuenirent. Sunt verò deducentia medicamenta, quā vim medicamēti purgantis, sua partium tenuitate, ad renes, vel vesicam vel iuncturas, deducunt. Ad iuncturas quidem: vt hermodactyli, semen rutæ, radix pentaphyli. Cientia vrinas etiam commodissimè interdūm medicamentis laxantibus admiscentur: sed non pari mensura, atque si ad propriū opus, hoc est ad mouendas vrinas destinarentur. Purgationem enim potius alioqui minuerēt, humoris motum reuocando ad renes. Quod si deducentium aliqua sint, quae vim aliquam purgandi, præterquam deducendi, habeant, ea largiori quantitate, si imbecilliis euacuantibus misceantur, quā quæ simplicē deducendi vim obtinent usurpabuntur.

*Deducentia  
simul &  
purgantia.**Hermoda-  
ctyli.**Operationē  
facilitatia.*

Id in hermodactylis videre est: qui creduntur deducere vim medicamenti ad iuncturas, simul & ab ijs educendi humores vim habere, quod tamē non facit semen rutæ agrestis, aut domesticæ, aut radix pentaphyli. Idem iudicium esto de facilitatia. tantibus operationem: vt zingiber, & sal gemmæ, agarici, & turbith operationem faciliorem præstant: faciunt enim vt pituita crassa celerius faciliusque trahatur, & purgetur: Zingiber quidem attenuando, & incidendo, citra resiccationem magnam: Sal autem gemmae attenuando, incidendo, & facultatem expultricem irritando, Pituitosorum medicamentorum operationem augent, & accelerant: sed semper maior quantitas salis gemmæ, quam zingiberis, dum multū euacuare volumus, apponenda: ob id zingiber à granis tribus, ad grana sex in pituitosis medicamentis. Sal gemmæ verò à granis sex, ad scrupulū vnu, pro

pro drachma vna agarici admiscentur: In turbith  
verò sufficit scrupulus semis zingiberis , vel salis  
gemmae. In colocynthide verò grana tria : quia *Colocyn-*  
*this.*  
ista duo sua nimia acrimonia dysenteriam exci-  
tare solent, quod idem facit sal gemmae. Proinde  
potius in lacte infunduntur, vel mucilagini gum-  
mi tragacanthi, vel mucilagini psylli: ut eorum  
tenuitas crassitie muccaginis castigetur . Casto-  
reum etiam supradictis Pituitosis additur eadem  
proportione. *Rhabarbarum iuuatur, aut potius Rhabar-*  
*castigatur, cum de obstructione metus est, spica*  
*nardi, cinamomo, schoenantho, spica celtica, a-*  
*lijsque aperientibus, attenuantibus, & odoratis*  
*additis. Quorum omnium eadem mensura non*  
*est. Cinamomum enim propter odoris, & saporis* *Cinnamo-*  
*gratiam quam habet, in maiori quantitate impo-*  
*nii potest: videlicet pro drachma vna rhabarbari,*  
*cinamomi à granis tribus ad scrupulum semis.*  
*Cassia siue cinamomum crassum minus laudatur* *Cassia siue*  
*in castigando rhabarbaro, ad strictionis enim cu-* *cinamomā*  
*iusdam est particeps & paucā in attenuando vim* *crassum.*  
*habet. Spicæ, cuius parum suavis & gratus est o-*  
*dor, usus negligendus esse videtur, vel ad grana*  
*sex tantum assūmenda pro drachma vna rhabar-*  
*bari: adeo enim molestus & ingratus eius odor*  
*est, ut nauseam faciat, & vomitionem excitet. Spi-*  
*ca porrò Celtica, schoenanthum propter maiore*  
*partium tenuitatem, in parua portione ponē de-*  
*bent: quo fit ut à granis tribus, ad grana quatuor*  
*tantum, pro drachma rhabarbari recipiuntur. Si*  
*enim maior eorum quantitas admitteretur, vri-*  
*nas prouocando, & ad renes ab intestinis deri-*  
*uando materiam, sua tenuitate partium, ut antea*  
*dictum est, purgationem impedirent, potius, quā*  
*iuuarent. Augenda est igitur horum quātitas, pro*  
*tempore morbi quo dantur, & pro natura ægro-*

C tantium,

G V L I E L M I R O N D E L E T I I

Medicorum  
pravae opi-  
siones.

tantium, & mortis. Quod si ob medicorum malè receptam & inueteratam opinionem, quæ si omnino rescindi nequit, ut minus tamen mali post se trahat est curandum, vel consuetudinem agrotantis, Rhabarbarum in principio febrium intermittentium propinare necesse sit, plus cinnamomi tunc quam in declinatione Infusioni adhibebitur: vel si ante usum Syruporum aperientium obstructions detur, maior quantitas exhibebitur.

Aegri na-  
tura.

Aegri quinetiam constitutio, siue natura quæ venas angustas habet, maiorem portionem cinnamomi monet admiscendam: ut & morbus qui cum obstructione est, vel scirrho, vel cum tumore frigido, aut denique cum bilis crassa, pituitæ permixta, euacuanda erit. Si verò mortibus cum defluxione sit, vel cum sanguinis reiectione, aut ci-

Cinamomū

namomo prorsus abstinere, aut exiguā eius portionem assumere satius erit: propterea quod cinnamomum & fluxiones excitat, & fluxum sanguinis: in eoque casu magis laudatur usus spicæ nar- di, quæ fluxum compescendi vim habere depræ- henditur.

Spicanardi

Quibus mensuriis, mensurarumq; notis hodie passim media camenta praescribantur. Cap. IX.

Quomodo  
circumscriba-  
tur medica-  
mentorum  
doses.

Pondus.

**A**NTEQVAM ad singulorum medicamentorum secundum genera doses veniamus, opera pretium mihi facturus videor, si prius mensuras, mensurarumque notas, quibus passim vtimur in praescribendis medicamentis, in tyronum gratiam, breuiter perstrinxero. Scendum igitur est simplicium, & compositorum medicamentorum quantitatem circumscribi, vel pondere vel numero, vel mensura. Pondere ut Libra, Quarto-rio, Vncia, Drachma, Scrupulo, Grano. Quæ tali se habent ad inuicem ratione, ut Libra, quatuor quar-

quartaria contineat: Quartarium tres vncias: Vn-  
cia octo drachmas: Drachma tres scrupulos: Scru-  
pulus grana viginti quatuor apud omnes anti-  
quos, & probatos authores: Hodie tamen inua-  
luit apud Pharmacopœos pertinacia, quam à suo  
Nicolao contraxerunt, vt in viginti grana tatum  
diuidant scrupulum. Sed de his exactius hoc lo-  
co dicere non est animo: cum hic scopus sit tan-  
tum docere iuuuenem medicum, ita suas præscri-  
ptiones facere; vt aptè, & commodè à Pharma-  
copœis intelligi possint, & confici. Characteres  
communes, quibus paſſim ista pondera breuita-  
tis gratia, notantur, tales sunt,

Libra	lib.	Drachma	$\frac{3}{5}$	Characte- res pōderū
-------	------	---------	---------------	-------------------------

Quartarium	4.	Scrupulus	$\frac{3}{5}$
------------	----	-----------	---------------

Vncia	$\frac{3}{5}$	Granum	Gr.
-------	---------------	--------	-----

Ergo si vnum tantum istorum ponderū velimus,  
ponimus lib.j. 4.j.  $\frac{3}{5}$ .j.  $\frac{3}{5}$ .j.  $\frac{3}{5}$ .j. G.j. si dimidiam  
partem tantum, primum notam ponendo eius  
quod volumus, semis deinde, quod hac nota f. si-  
gnificabimus, subiungendo, exprimemus, vt lib. f.  
Idque in omnibus erit facere, præterquam Gra-  
no, quod omnium sit minimum, siue diuisio-  
nem non patiatur. Si quis plura velit, notam po-  
nendo eius ponderis cuius opus habet, subiung-  
it j.f. vel ij.vel iij. vel iiij. vel v. vel vij. & ita de-  
inceps. Satiusq; existimo, his priscotum latino-  
rum numeris vti, quam ea quam Ciphram vulgo numeri.  
appellamus, quæ ab Arabibus creditur cum hu-  
iucmodi characteribus ad nos peruenisse. Ra-  
tio autē hæc ad id me mouet: quod duo sint char-  
acteres ponderum, qui figura cum duobus illo-  
rum conueniant, Quartarij videlicet, & Drach-  
mæ. Vnde error creari posset: vt si quis scribere  
vellet Quartaria tria, in hunc modum 4.3. vel  
Drachmas duas, in hunc 3.2. quadraginta tria, &

res pōderū

C 2 triginta

G V L I E L M I R O N D E L E T I I

triginta duo alter scripta existimare posset, si distinctione in medio pratermitteretur, quod inter  
 Commodo scribendum nimium frequenter accideret. Pre-  
 scribenda rea est notandum, esse obseruari dignum, ut com-  
 esse omnia modissime omnia scribantur, vt si 4. ij. velimus,  
 potius per lib. £. exprimamus, si 5. iiiij. potius per  
 3. £. si 3. j. £. potius per 3. £. quantum fieri poter-  
 rit, maiorum ponderum notis pro denominatore  
 vtentes, tantoque numeratore minuentes, quan-  
 Ad unum to denominator erit factus superior. Quod si se-  
 denominato se offerret aliquando necesitas, lib. j. iumere &  
 natorē om 5. iiiij. mallem ad unum denominatorem reduce-  
 nia esse re- re, diuidendo maiorem per numerum rationis,  
 ducenda. quam ipsum habet ad minorem, id quod super-  
 est addendo: vt Libra drachmas 96. valet: pre-  
 rea quatuor erant, quae additæ 5. C. perficiunt.

*Antiquos vno deno-*  
*minatore nō semper esse vsos.* Quod Galenus fecit in compositione Hierae pi-  
 cræ, in qua ponit aloë 5. C. Certū est tamen, ali-  
 quando apud antiquos legi, vt apud Paulum, Do-  
 nati alicuius medicamenti, cum duplice denomi-  
 natione: & recentiorum, apud Nicolaum frequen-  
 tissimè. Sed scito, id factum esse, dum ob nimiam

molem medicamentum aliquod secundum habe-  
 rent, tunc enim se aliquando offerebat facienda,  
 Dosis alicuius, talis diuisio, quā deinde ad unam  
 denominationem non reduxerunt, vel negligen-  
 tia, vel quod ob paruitatem minoris denominato-  
 ris, esset futurus immensus numerator magni

*Bonus an-*  
*tiquorum mos in pre-*  
*scribendo.* denominatoris, si is diuideretur. Melius autem fe-  
 cerunt illi antiquorum, qui nō istis notis, sed ipsis  
 nominibus sunt vti. Quos si imitaremur, forsitan  
 melius, & tutius cum ægris ageretur. Sed ne ni-  
 mium superstitione videamur, cōmunem morem

*Numerus.* sequemur, diligenter animaduertentes, ne quid  
 incommodi per incuriam, detur. Numero item  
 metimur, ab unitate ad mille usque, vel ultra pro-  
 gredientes

gredientes, scribendo Nu.j. vel ij. vel iij. vel Paria *Paria.*  
 sic notantes. j. ij. vel iij. vel iiiij. & sic vtrobiique  
 deinceps. Mensuram verò (quāquam commune  
 nomen sit omnibus mensuris, ponderibus, nume-  
 ris, & liquidorum, & solidorum) pro vna tamen  
 tantum forma metiendi, quæ deinde, pro ratione  
 instrumēti quo metimur, sui diuisionem patitur,  
 dum vel plicato brachio, vel plena manu, vel in  
 digitos acuminata sumitur, separatim usurpam⁹.  
Maximam mensurā Fasciculum appellamus, quā *Fasciculus*  
brachio altero complicato metimur. Secundam  
 quantitatem, quæ sit quantum manus capere po-  
 test, Manipulum vocamus, quam hac nota M. ex- *Manipulus*  
 primimus. Minorem Pugillum nominamus, quæ *Pugillus.*  
 fit digitis simul in extremitate compressis, nota  
 eius est P. Quæ ante dicta sunt de numeratori-  
 bus in ponderibus, huc reuocentur, ut si his dimi-  
 diatis vii velimus, vel multiplicatis, commodè, &  
 scienter id facere possimus. M. enim j. vel j. f. vel  
 ij. scribimus. De Fasciculo, & Pugillo idem intel-  
 ligere. Non mihi videtur, in numero mensurarum  
 prætermittenda Mica, quo genere mensuræ usus. *Mica.*  
 est Galenus libro de Antidotis, cum in antidoto  
 Prophylactico Apollonij sicibus, nucibus, & fo-  
 lijs rutæ *χόρδας* hoc est Micam salis adhiben- *χόρδας,*  
 dam dicit. legitur & *λιβάνω* *χόρδας* hoc est thuris  
 Mica, apud Dioscoridem, & Galenum. Ita vt inde  
 pateat, hanc mensuram usurpatam in rebus, quæ  
 solent facilè in particulas æquales Grano friari:  
 vnde etiam vulgus per Granum exprimere solet,  
 dicendo Granum salis, vel thuris, & re vera re-  
 spondent melius significationi. *χόρδας* quod Gra-  
 num significat. Sed ne confusio sequeretur cum  
 ea mensura, quæ pondere penditur, & Granum  
 appellatur, Micam verterunt Latini, quæ propriè  
*ψιχά* Græcis dicitur. sed ferè usurpat in plurali, *ψιχά*

C 3 cum

G V I L E L M I R O N D E L T I I

cum medicamenta præscribunt, ut ad reliquā recipienda, dicent *μέτρα ψιχῶν* cum Mīcas panis, hoc est multa Mīca friata, a minutatim enim frangendo, quod est Græcis *ψᾶν ψιχὰ* & *ψιχῶν* dicitur. verum apud Latinos, etiam in singulari numero, vel Mīca vna, vel id quod præter crustā est quod minutatim frangi possit, significari potest. Sed facile

*Liquidoru*m est videre, ubi hoc, vel illo modo usurpetur. Præmensura. terea licet olim liquida proprium metiendi modum haberent, Libram quam mensuralem appellatur.

*Libra men* dum habent, Libram quam mensuralem appellamus, quæ secundum tres dimensiones metitur, quæ in suas partes etiam, *Sextaria* videlicet, *Cyatthos*, *Cochlearia* diuiditur, certo etiam numero ab alijs continetur: tamen quia fuit semper mul-

*Libra pon*ta varietas, & hodie est in eo Libræ genere, ponderalem Libram malumus usurpare, ad maiorem

*Qua pōde* certitudinem. Liquida ergo mensurabuntur Libris ponderalibus, & Vncijs, raro Drachmis, nisi medicamenta sint nobilissima, vt balsami succus,

„ aqua angelorum vulgo dicta, & sella in collyrijs, & alijs formis, in quibus talia vix s. f. excedunt.

*Qua nu* Interdum etiam minimam illam quantitatē guttis exprimimus vna, vel duabus, aut tribus: aut mero. communiter hac formula loquendi utimur aceti,

*Qua men* vel olei, vel vini parum. Libris, vel Libræ partibus sura. mensurantur herbæ, & radices siccæ, flores, semina, succi, lacrymæ, cōrtices, metallica, & alia que-

cunque supradictorum, alijs etiam mensuris pos- sunt mensurari. Numero vero fructus, & potissimum legumina maiora, vt fabas, cicera etiam aliquando, metiri possumus. Fasciculis herbas recentes damus, vt in balneis. Manipuli etiam herbarum, & radicū recentium. Pugilli vero florū, cerealium, & leguminum præscribuntur. Igitur medicamentorum potissimum internorum, non solum nomen sed & certam quantitatē designa-

nus

mus, ægro exhibendam: nisi tantum alicui compositioni forma danda fuerit. Tunc enim plerunque, quia res sub visum cadit, iudicio Pharmacopœie permittimus quantitatē medicamenti, quod formæ dandæ destinamus, ut facchari, vel olei, vel ceræ, scribendo Sacchari quantū sufficit, vel olei, vel aliis cuiuspiam cuius opus fuerit.

Pharmaco  
pœi iudicio  
relinquenda  
quantitas.

*Qua quantitate Radices in quibuslibet remediorum  
formis prescribantur. Cap. XX.*

**V**NIVSCIVVSQVE medicamenti quantitas, qua ipsum mensurari debeat, cognoscenda, quæ varia est pro diuersitate formarum quæ dantur remedij, temporis, scopi, vel quantitatis totius compositionis. A Radicibus autem ordiemur, quæ in balneis, Libris, In balneis.  
vel Manipulis multis mensurantur. Quod si vna tantum imponatur radix, ea in maxima quantitate ponetur: si duæ eiusdem facultatis, dimidiata partem supradictæ quantitatis miscemus: vt duæ simul iunctæ æquipolleat quantitati vnius. Quod in omnibus medicamentis facultate similibus, & ex æquo conuenientibus affectui, obseruandum, ut antea diximus. Quando in Clysteribus usur- In cliste-  
rantur radices, si pro vno clistere paretur deco- ribus.  
Etio, 4.j. radicum liliorum, altææ, vel emollientium aliarum, 3.j. autem detergencium, vel ap-  
parentium sufficient, quando morbus talia medi-  
camēta desiderat. Quod si plures clisteres ex ea-  
dem decoctione parandi sunt, vel clister, fatus, irrigatiōnes, encathismata, & balneum: dosis au-  
genda erit, pro ratione multitudinis, & quanti-  
tatis remediorū, quæ vna necessaria sunt, & præ-  
scribuntur. Hoc vnu venit in colico dolore curan-  
do, & nephriticō leniendo, & calculo deturban-  
do, in quibus ex eadem decoctione, & fatus, &  
clisteres, & cataplasmata parantur. Ut in dolore

Quæda plu-  
ra remedia  
ex vna de-  
coctione e-  
runt faci-  
enda.

C 4 lateris

G Y L I E L M I R O N D E L E T I I

lateris, eadem decoctione clisteris in vase æneo, vel  
Materiaci vesica lateri apponitur. Materiam autem clisterum  
flerū quam augemus, quando ex decoctionis residentia ca-  
do angēda taplasmata parare volumus. Sed cum tales deco-

Notæ.

ctiones paramus ad multos usus: animaduertendū est, ut ea adiiciantur, quæ dum unī scopo, &  
formæ remedij conueniunt, alteri non aduersen-  
tur. Ut si laboranti dolore lateris paretur clister,  
ex relaxantibus herbis, & malacticis, & discutien-  
tibus flatus: parandus erit, citra violarum, vel se-  
minum frigidorum maiorū additionem, aut eo-  
rum quæ nimium acria sunt, ut mercurialis: ne  
hæc nimium trahendo fluxionem irritent, illa ve-  
rò repellendo, cordi, & pulmonibus periculum  
suffocationis creent. Igitur talia non iniiciuntur,  
licet alioqui alui mouendæ ratione, aut febris, aut  
renum conuenirēt. Sed quæ emolliunt ut malua,  
bismalua, vel semina quæ flatus discutiunt ut se-  
men anisi, fœniculi: & quæ dolorem soluunt dis-  
cuciendo, & digerendo, ut semen lini, fœnugræ-  
ci, semé maluæ, bismaluæ, flores chamomeli, me-  
liloti. Hic autem clister parandus erit, ut docebi-

In syrupis tur Libro De formis remediorum internorum. In  
apoze-  
matis.

syrupis, vel apozematis, Radices ponantur ab ʒ. j.  
ad ʒ. ii. vel ʒ. iii. si pro multis dosibus paretur re-  
medium: si pro una dosi, à ʒ. iij. ad ʒ. f. vel ʒ. j. ma-  
gis vel minus pro radicū natura, & viribus. Sunt  
enim quædam laxantes, sive purgatæ, aliæ deter-  
gentes, vel aperientes, vel adstringentes, vel rare-  
facientes, vel refrigerantes, vel aliud aliquid effi-  
cientes: quæ omnes diuersa quantitate petuntur,  
pro diversitate virium, scopi, & forma remedio-  
rum, ut radices apij, petroselini, graminis, aspara-  
gi, & aliæ aperientes obstructions. Si ex his sy-  
rupi parentur ad aperiendas obstructions, cum  
una tantum usurpabitur, & pro multis dosibus

ad

Aperiendæ

ad  $\frac{3}{2}$ .ij. apponentur : si pro vna dosi sufficiet  $\frac{3}{2}$ .f. Si duæ vel plures usurpentur , fiat idem quod dictum est in principio capit is , cū de radicibus ad balnea fieret mentio. Quod si in syrupo purgāte, *Aperiētes*  
~~ad faciliorem educationem crassorum humorum,~~ *in Syrupo*  
~~eadem ponātur  $\frac{3}{2}$ .f. ad summum vnius, vel dua-~~ *purgante.*  
 rum radicum simul sufficiet . Nam hæ omnes, vt  
 & reliqua attenuantia, & incidentia , si in maiori  
 quantitate ponantur, humores tenues, & seruos  
 à ventre ad renes deducendo, & deriuando, alii  
 subductionem minuant . Nam quemadmodum *Mictio no-*  
*miictio noctu plurima facta, deiectione minorem* *flurua plu-*  
*per aluum facit : sic cinctia vrinas, fluxus ventris rima.*  
 deriuat , & medicamentorum actiones elidunt.  
 Quare grauiter peccat qui in maiori quantitate,  
 vel maceratas in vino albo , vel aceto syrups la-  
 xantibus admiscent. In thoracis affectibus Vncia  
 vna sufficit. In obstructionibus renum, vel vesicæ,  
 & in remedij prouocantibus sudores,  $\frac{3}{2}$ .ij. vel  $\frac{3}{2}$ .  
 iii. apponere possumus. Detergentes vero radices  
 in syrups pectoralibus , & in medicamentis re-  
 num, & vesicæ , si sine vlcere, vel inflammatione  
 sint ad  $\frac{3}{2}$ .ij. vel iij. possunt ponи: si vlcus sit, vel in-  
 flammatio , vel sanguinis grumus in renibus, vel  
 vesica , in quantitate minori , vt ad  $\frac{3}{2}$ .f.est enim  
 neceſſe crassis succos vrinam retinentes, vel san-  
 guinem concretum, vel pus, medicamentis leui-  
 ter detergentibus à parte tollere , & vrinam re-  
 tentam prouocare. Detergentes radices in cien-  
 tibus vrinam, & medicamentis purgantibus, me- *Detergentes*  
*in Cienti-*  
*diocri quatitate ponи possunt, quia vtramq; ope-*  
*rationem iuuant. Purgantes Radices, hoc si me-* *Purgantes,*  
*diocriter faciant, ab  $\frac{3}{2}$ .j.ad lib.f.in magnis com-*  
*positionibus usurpari possunt: in minoribus autē*  
*ab  $\frac{3}{2}$ .f.ad  $\frac{3}{2}$ .j. nec minus  $\frac{3}{2}$ .f.alioqui inefficax es-*  
*set remedium , & ventriculum laderet . Tale est*

C 5 poly-

polypodium quercinum quod purgat, & adstrin-  
git: quare leuiter decoquendum, ne nimia co-  
ctione facultas aerea, in qua est laxandi vis, de-  
perdatur, & ponendum in sufficienti quantitate.

**Fortissime purgantia.** Quæ verò fortissime purgant, ut turbith, bryo-  
nia, si per se, hoc est nullis additis alijs laxanti-  
bus, & in paruis cōpositionibus, ut in decoctio-  
nibus laxatiuis, & syrups quæ ad vñā dosim dan-  
tur, à 3.ij. ad 3.iiij. in magnis multarumq; dosim,

**Purgantia in substantia.** à 3.ij. ad 3.iiij. aut 3.l. Quod si hæc, vel alia pur-  
gantia qualiacunque sint in substantia dentur,  
quia ipsa magis corpus offendit, quam infusum,  
vel decoctum: ea ratione, tunc minori quantitate

**Turbith.** assumi debent. Turbith igitur, si detur in substanc-  
tia, sufficit 3.l. in infusione autem quæ quantita-  
tis ergo, media est inter decoctionem, & admi-  
nistrationem eam quæ sit in substantia, 3.j. idque  
paruis compositionibus, in magnis ~~asudoyos~~.

**Rhabarbarum duplicita substantia constare.** Cum Rhabarbarum duplici substantia constet, terrea  
videlicet, & aerea, in hac autem purgandi vim  
sitam habeat, in illa restringendi: recte fecerunt  
veteres, qui arte eas conatis sint separare: ut eam  
plurimam haberent, cuius egerent ope, eam  
autem quæ esset futura incommoda, si non tol-  
lerent proflui, saltem minorem multò facerent,

**Rhabarbarum in substantia minus purgare quam infusum.** Quidam tamen medicus nostræ ætatis, alioquin  
certè doctus, & de literis bene meritus, paralo-  
gisinto conatus est ostendere, Rhabarbarum in  
substantia, ut vulgo dicitur, hoc est nulla ipsius  
parte diminut, aerea videlicet, aut terrea, multò  
efficacius fore ad purgandum, quam si infusum  
exhiberetur, agens ex hypothesi, quam à Galeno  
mutuatur ex Libro de Theriaca ad Pisonem: me-  
dicamenta purgantia, à tota substantia purgent:  
constat Rhabarbarum purgare: à tota igitur sui  
substantia soluit. Sed quæ à tota substantia operan-  
tur,

tur, maius opus efficiunt, vbi plus substantia, quam vbi minus. Atqui in toto Rhabarbaro, longe plus substantia, quam in eius diluto ineft, cum in hoc solum pars tenuis, & aerea, in illo præter hanc, & terrea quoque insit, erit itaque & plus virium in soluendo, plus itaque Rhabarbarum tota sua substantia exhibut, quam eius dilutum, mouebit: quod erat probandum. Probandū equidem certè fuerat: sed vide quam parum probarit, & in hac ratiocinatione sibi imposuerit, ex eo quod Rhabarbarū purget à tota substantia, quod apud Galenum est determinatum sibi humorem cum delectu à proprietate occulta, vel à similitudine substantiae purgare, vel ut Mesues locutus est à cælesti quadam facultate: cōcludens, si omnes ipsius partes seruentur, quas simul iunctas (vt iam dixi) vulgus appellat totam substantiam, ipsum ad actionem illam, quæ ab occulta vi dependet, fore robustius, & commodius. Sed non vedit ille diuersitatem significationis, & quomodo talis vis non sit sita in omnibus simul partibus. Hoc enim si esset, ut ad unā talem actionem unā conspirarent, aliam actionem diuersam non producerent primò & per se. Aktiones enim diuersæ, quæ primò & per se fiunt ab uno medicamento, à diuersitate partium oriuntur. Sed sita est talis vis, in ea parte quæ & ratione, & experientia ad talem actionem cernitur melius nata. Rhabarbaro tribuitur facultas purgandi, & adstringendi: astricatio nonne debetur terrea portioni, purgatio magis violentæ, hoc est succulentæ, & aereæ, cum in hac plus sit calor, qui occultæ delectus facultatem iuuat, & efficaciem facit, contra terrea figniorē, & inertiorē. Et certè me ista tacentia experientia haec tenus est satis comprobatum. Non quod dicam expresso succo astrictionem

*Quid est  
purgare à  
tota sub-  
stantia.*

*Quæ pars  
alstringat  
et quæ pur-  
get in Rhæ  
barburo.*

G V L I E L M I R O N D E L E T I I

nem perperi prorsus, & residentia expressionis purgandi vim: sed eas admodum paucas retineri, idque tantum, quia quae simul primae conformatioonis, & incrementi communis vinculo iuncta sunt, nunquam ita exacte sui separationem patiuntur, quin vnum perpetuò retineat aliquid de ingenio, & inde alterius. Vnde mihi videtur eū verisimilius potuisse argumētari, si dixisset in substantia magis purgare, quia nunquam ita potest exprimi succus, quin perpetuò aliquid remaneat in residentia, cuius absentia vim laxandi minuit. Sed neque hoc satis fuisse firmum: quandoquidem eius praesentia, non tantam utilitatem praestare posset, quantum impedimentum segnities, & obstructio difficultasq; penetrandi, quae à terrea portione adueheretur, præterquā quod multa fieret adstrictio, qua non est opus in omnibus morbis, imò plerunque valde noxia est. Rhabarbari igitur doses, pro diuersitate modi exhibendi, cuius indicatio sumetur à commoditate praesenti, tales constituemus. Primum si opus sit leuiter purgare, simul & constringere, in substantia dabitur à 3.j.ad 5.iij. Quidam voluerunt a 3. ij. ad 5. iiij. sed talem quantitatem non probbo, ob molestiam saporis & odoris, & periculum. Nam si vis squam in substantia exhibendum sit, hoc est faciendum in morbis, qui sunt cum fluxu ventris dienterico, vel diarrhœa, sed in talibus, etiam tanta quantitas est periculoſa, ob facultatem laxandi, quam habet, præter adstrictionem, paucamq; familiaritatem quam habent cum corpore nostro, omnia medicamenta purgantia, & malitiam quae maior est, & pertinacior in portione terreæ. Et si quis bene consultū velit agro, satius ducet Rhabarbarum diu infusum, & valde expressum exhibere: sic enim longa infusione diminuetur laxandi

Rhabarba  
ri doses.

di vis , & expressione forti terrei plus assumetur ad constringendum , sed mitioris & minus molesti , & malitiosi : satisque erit dare à 3. f. ad 3. j. Si quām plurimum adstringendum sit , & nihil vel parum laxandum, vſtulatum dabitur à 3. j. ad 3. iiiij. quòd tamē propter empirema, mihi minus arridet, mallemque reiecta priori decoctione, de-nuo & diu coquere, & tale exhibere. Longa enim coctione absimitur laxandi vis , præterquā quòd id quod est magis tenue, & purgans, priori decoctione extractum abijicitur. Si quis ad bilis purgationem in febribus det, quia hic est fugienda adſtrictio, minus infusum , & leuiter expressum da-bit à 3. f. ad 3. ij. vel 3. iiiij. nec sine ratione hic tan-ta exhibetur quantitas , quia parum succi ob leuem expressionem trahitur , ne forsan quicquid est trahendo, vna terrei aliquid , & adstringentis sequatur. Verum si per tempus non liceat infun-dere, leui decoctione perficietur id , quòd longa infusione opus haberet. Si quis Rhabarbarum sy-rupo , vel alij decoctioni addat ad laxandum , in puluerem redactum in decoctionem feruentem injiciet : vel in clarificatione apponet ligatum in linteo, frequenter exprimendo, vel in syrupo iam perfecto etiam ligatum suspendet , & cum uſus requiret, exprimet: non autem coquet, quia eius ſubſtantia laxans facile deperderetur ob tenui-tatem. Quòd autem tenue fit, ostendit magnus ille odor quem habet . Quòd si ad constringendum adhibeatur, poterit coqui vnā : quantitas autem erit à 3. f. ad 3. ij. vel plures , pro quantitate doſium ad quas parabitur cōpositio. Radices amaræ *Radices amarae* recentes vt helenium à 3. j. ad 3. ij. accipiuntur: ſicca verò à 3. f. ad 3. f. Iridis radix si recens, & ad purgationem ponatur, à 3. ij. ad 3. j. si ſicca ad expectorationem, vel alias affectiones à 3. j. ad 3. ij. vel

G V L I E L M I R O N D E L E T I I

ij.vel 3.iiij.vt in eclegmatis,& in antidotis . Nullius aristolochiae radix, neque item gentianæ, neq; alia amara in internis remedijs ob amarorem, nisi raro usurpatur: in antidotis, vel pillulis idq; tantum, atque in minori quantitate , vt si per se sumantur,& in substantia , & pro vna dosi à 3.j.ad 3.ij.cū multo melle,& saccharo,vel aliquo syrupo dulci: in decoctione verò à 3.f.ad 3.ij.vel 3.iiij.hoc de omnibus amaris, & odoratis est intelligendum. Valerianæ radix: cyperi, galangæ maioris, & minoris, zedoariæ, zingiberis, ben albi, & rubri, & doronici in antidotis , & magnis cōpositionibus, in pulueribus cordialibus, pectoralibus , & alijs remedijs internis à 3.j. ad 3.iiij.vel 3.j.f.in externis verò à 3.f.ad 3.ponuntur . Cyclaminis radix recens vim habet purgandi, & vomitū provocandi: quare in parua quantitate est fumenda, vt ad 3.j.ficca autē ad 3.iiij.vrinas, & sudores mouet. Azari radix vomitum excitat,vrinas mouet, ventrē purgat, si ad 3.vj. assūmatur ex aqua mulfa , menses & sudores similiter mouet : sed quia ellebori modo purgat, satius est minorem quantitatem præscribere,vt capite iiiij. ostensum est. In vnguentis ad alium subducendam & tumores lienis minuēdos ab 3.f.ad 3.ij.poni poterit. Omnia medicamenta,quæ in decoctione injiciuntur, maiori quantitate ponenda sunt : media quantitate , quando infunduntur: in substantia vel alio modo usurpata,minima quātitate. Radices acres cres mordētes detergētes digeren tes.

Radices a cres mordētes detergētes digeren tes.

Radices in externis.

modo vñspata, minima quātitate. Radices acres omnes,mordentes,vel detergentes, vel digerentes vt cucumeris agrestis , serpentariae , iari, aphodeli, scilla,cepæ,porri,alliorum, & pancratij ponuntur in cataplasmatis vnguentis, & alijs extenis remedijs à 4.f.ad lib.f. vel lib.j. In balneis verò à lib.j.ad lib.ij. Denique radices omnes in cataplasmatis, & vnguentis , & ablutionibus pendum

dum, & capit is lixiuijs, & fotibus usurpantur eadem quantitate, qua in iniectionibus sunt accipienda, ut prius dictum est. Quanquam agaricus radix non sit, sed potius fungus laricis arboris in caudice nascens, ut avrovia docuit: tamen usq; dosis. quia apud Græcos dubium erat, esset ne radix, an fungus ad radices nascens, vel in arborum caudibus: ea ratione de eo hoc capite agemus, dicimusque si in decoctione usurpetur a 3. j. ad 3. f. in infusione a 3. f. ad 3. ij. in substantia a 3. ij. ad 3. iiiij. usurpandum. Maiorem autem sui quantitatem non permittit, non quod habeat aliquam eximiam laxandi vim, sed quia decoctum, vel infusum vomitionem excitatiu substantia, propter leuitatem, molem medicamenti auget.

*De dosi herbarum recentium vel siccatorum.*

*Caput XI.*

**H**E R B A E, vel recentes, vel siccæ in medicamentis solent usurpari. Recentæ. Recentes autem fasciculis, vel manipulis pluribus in balneis: in alijs formis, manipulis tantum. In clysteribus quidem paucis, tum in decoctionibus iniectionū, ut uno, vel ij. vel M. f. vel tertia parte M. j. ut quando minus conueniunt, vel quando efficacissime, vel ingratae sunt. Sicca vero in externis, & magnis remedijs eadem mensura mensurari possunt, ut in balneis, & lauacris. In alijs autem remedijs, ut pulueribus capitalibus, stomachicis, omnibus aliarum inspersoribus, vel aliarum partium, que ex herbis aliquibus siccis parantur, a 3. j. ad 3. f. vel ad 3. ij. recipiuntur. Eadē quantitate etiam, in quibusdam fumigijs, ut in ijs que ad tuessim parantur, russilago siccata, & ad fumigia capit is folia rorismarini, ladi, cisti, origani, imponi possunt. In internis vero, ut in antidotis, colicis, & nephritis,

G V L I E L M I R O N D E L E T I I

cis pulueribus cordialibus , & capitalibus , vel qui ad ventrem , vel vterum præscribuntur à 3.£. ad 5.£ exhiberi debent . Idem in herbis obseruādum , quod de radicibus dictum est antea , siue aperientes , siue detergentes , siue gratæ , siue ingrata sint : vt aliquando maior , aliquando minor quantitas usurpetur , pro natura , vel quātitate remedijs . In excitando venerem , vtendum est herbis

*Ad venerē* recentibus , vt eruca , & mentha , quia plus habent flatus . Ad flatus vero discutiendos , ad vrinas modendas , & ad humores attenuandos , siccas eligerre conducibilius est : propter humiditatem enim absumptam , ad id efficaciores sunt . Herbae quæ laxant , magis laxant recentes quam siccæ , vt mercurialis herba , brassica marina , thymelea , chamelea .

*Herbe laxantes.*

*De florum necessaria quantitate. Cap. XII.*

*In antido-*  
*tis.*

*In decoctio-*  
*nibus.*

*In pilulis.*

*Recentes.*

L O R E S siccos pondere , & mensura metimur : recentes mensura tantū . Nam in antidotis , & nobilioribus compositionibus , in quibus parua tantum quantitas recipitur , siccæ à 3.j.ad 5.ij. admittuntur , vt in pulueribus cordialibus , capitalibus , stomachicis , & vnguentis . In syrupis autem , & apozematis , & alijs decoctionibus à P.£. ad P.ij. vel iij. vel plures , vt & in balneis , & clysteribus : Sunt enim parum efficaces , nisi in mole magna . Quare in pilulis nunquam usurpandi sunt , quia augendo molem , vim aliorum medicamentorum minuant . Sunt tamen præstantiores ob suam tenuitatem partium , ideo usurpantur in alijs . Recentes , quia efficaces tantum ad refrigerandum , humectandum , & laxandum , in syrupis , & apozematis , & alijs huiusmodi decoctionibus solum immittuntur : idque à P.£. ad P. plures vel manipulos . Non autem pondere , nisi in conservis

seruis parandis: ad proportionem cum saccharo  
seruandam.

*Defructuum mensura.* Cap. *XIII.*

**F**ructus non uno & eodem modo mensurantur: alij enim pondere, alij numero, alij vtro-  
que modo. Fructus igitur magni, integri, *Fructus mā*  
& discreti ut pruna, poma, pyra, mala punica, ma-*gni, integrī*  
la cotonea, mespilla, forbæ, ficus, passula iuiubæ,  
sebesten, dactyli, corna, nūces, amygdalæ, auella-*et discreti*  
næ, & ijs fructus similes Numero prescribuntur.  
Quorum j. iiij. iiiij. xx. c. vēl Numero iiij. v. vi. viij.  
viiij. xv. xx. l. & ita deinceps dicimus: exceptis  
pomis cydonijs, & punicis, quæ ob magnitudinem, ad tantum numerū in prescriptis nunquam  
perueniunt. Interdum etiā fructus pondere men-*Pondere*  
suramus, cum ab ijs aliquas partes detrahimus, *etiam ali-*  
vel aliquas partes tantum in usum reuocamus. Ut *quādo mē-*  
cūm dicimus, carnium cydoniorum abiectis cor*furari.*  
tice, & granis lib. j. vel corticis malorum grana-  
torum ȝ. iiij. Vel cum religiosius proportionem  
miscendorum seruare volumus, ut in sinapis,*Sinapis*  
in quibus pro ȝ. j. seminis sinapi, aliquando ficiū*mūs.*  
lib. f. miscemus, & aliquando lib. j. Nam si nume-  
ro fucus metiremur, minus certa esset proportio,  
cūm fucus alia maiores, alia minores sint. Nequē  
hic erratum esset leue: si enim minus ficiū iuncto,  
vel plus sinapi adhiberetur, esset periculum ulce-  
rationis. Non minus religionis est obseruandum *Masticato-*  
in masticatorijs, quæ parantur ficibus, vel passu-*ria.*  
lis, & acribus medicamentis: cūm idem eadem  
ratione, qua in sinapismo impendeat periculum.  
Inter fructus, sunt nonnulli qui ad varios usus  
vsupari solent, & diuersa mensura, pro diuersi-*Quosdā pro*  
tate scopi, aut usus, ut pruna, sebesten, tamarindi,*varia*  
quæ bilem extingunt, eamq; expurgant, vel par-*multipli*  
*vi etiā ve*  
*ria mēsura*  
*ysupari.*

D tes

GVLIELMI RONDELETTI

tes refrigerant. Quare si ad refrigerationem vel ad bilis alterationem usurpabuntur , paruo numero injicientur, vt ad Paria duo, vel tria : si verò ad laxandum , quia imbecilliter laxant , ad Paria viginti. Idem facimus de passulis, & ficubus: nam si ad laxandum, magno numero: si ad leviter detergendum, vel calfaciendum prescribantur, minori, & hoc de internis remedij est intelligendū. Nam in balnea ficus , & passulae injici posunt : si detergere, & relaxare sit animus, maxima quantitate, quia forma remedij, & paucitas viriū id po-

Laxantes, stulant, vt ad Paria quinquaginta . Fructus laxandetergentes, detergentes, & emollientes ad Pa.x. vel xx.

emollientes. dantur. Refrigerantes, & lenientes in injectionibus inflammationum, vteri, vesicæ , & intestinorum,

Refrigerantes, lenientes decoqui possunt ad Pa.x. qualia sunt pruna, sebesten, tamarindi. Dulciores fructus, in clysteribus sedantibus dolorem, lenientibus, laxan-

tibus, detergentibus, & vermes deorsum trahentibus, eodē numero ponuntur cōmodè. Necnon adstringentes, in clysteribus ad fluxū ventris, præscribuntur eodē numero , in decoctionibus verò alterantibus , ne obstructiones pariant , minori.

Detergentes Detergentes in laxantibus ad Pa.xx. vel xxx. vel in laxantibus. xli. poni possunt: in alterantibus ad Pa.v. vel. vii.

in decoctis verò pectoralibus, vel syrups, media quantitate: fructus enim detergentes, in pectoralibus maiori quidem numero sunt opus , quam in alterantibus tantum , vt vis medicamenti ser-

uetur, donec ad pulmones peruererit: minori ve- rò quam in laxantibus, nam si æqualis mensura vt aut Pa.xx. aut. xxx. ponatur, nimium detergendo ventrem laxant; & ad partes superiores non perueniunt. In alterantibus ergo ponantur ad Pa.v.

in laxantibus ad Pa.xx. in pectoralibus ad Pa.x. vt medius modus seruetur. Quod de passulis, ficu-

bis,

būs, iuiubis, sebesten, & dactylis volo intelligi.

Horum item fructuum pulpa, ceu caro præscribi-  
tur in eclegmatis, opiatis, & cataplaſmatis: sed  
pondere, non numero: quia eorum tantum pars  
vſurpatur. Pulpa paſſularum in opiatis laxantibus  
ad 3.ij. in eclegmatis media mensura, in cataplaſ-  
matis hepaticis corroborantibus, vel malacticis  
a 4.£. ad lib.£. vel lib.j. ponitur. Pulpa prunorum  
dulcium laxantibus tantum medicamentis, & o-  
piatis misceri potest: acidorum in cataplaſmatis  
adſtrigentibus ventrem, vt & alij fructus omnes  
adſtrigentes, vt pyrorum, pomorum, malorum  
cotoneorum a 4.j. ad lib.j. Dactylorum pulpa in  
hepaticis, corroborantibus, vel malacticis poni  
solet ad lib.j. Capita papaueris vt fructus nume-  
ramus, vt ex descriptione Diacodij apud Gale-  
num patet lib. natura rōtiss. Fructus minores vt paſ-  
ſulae Corinthiacæ, myrthi fructus, siue baccæ, vel  
berberis, vel lentisci, vel balsami, vel terebinthi  
pondere maiore, vel minore, pro scopo, natura,  
viribus, & forma remediorum vſurpatur, maxi-  
ma ex parte a 3.j. ad 3.j. Fructus indiscreti, vel  
contusi, vt tamarindi pondere non numero men-  
surantur. Paſſulae vraque mensura: dicimus enim  
paſſularum 3.ij. vel iiij. interdum paſſularum Pa-  
ria x. xx. xxx.

*De seminum doſi seu quantitate. Cap. XLIIII.*

**E**MINA semper pondere metimunt  
fed diuersa, diuerso pro natura ipsorum,  
& scopo, & forma remediorum. Ea  
vel calida sunt, vel frigida, & ex ijs alia  
dicūtur maiora, alia minora. Præterea calidorum *Calida gra*  
alia sunt magis grata vt semen anisi, foeniculi, ob *ta*.  
id ad 3.j. vel iiij. præscribuntur, vt in pulueribus  
post pastum: Quæ minus grata sunt ob odorem, *Ingrata*,  
vel saporem a 3.£. ad 3.j. vt semen cumini, ſefeli

D 2 Maf-

G V L I E L M I R O N D E L E T I I

Masiliensis, carui, ameos . Sed in multo minori  
Atria. quantitate, quæ magis acria sunt, vt rutæ agrestis,  
Téperata. nasturtij, thlaspi. Quæ téperata sunt à 3.j.ad 3.j.  
in internis remedijs ponи possunt, In balneis ve-  
rò, & fofibus, vel clysteribus ab 3.j.ad plures. Sunt  
autem huius generis semen maluæ, bismaluæ, li-  
ni, bombacis. His proximè accedit semen lini, &  
foenugræci , sed hoc paulò calidius illo . Semina  
Prouocatia prouocatia vrinam pro scopo, & sua acrimonia,  
vrinam. diuerfis pôderibus administrari debet, si ad cien-  
dam vrinam dentur à 3.j.ad 3.ij. vel.iiij. exhib-  
In laxan- bentur: si verò laxantibus permisceantur, ad hu-  
tibus. moris attenuationem, vel medicameti deductio-  
nem, à 3.j.ad 3.j. tantum propter ratione quam  
de aperientibus medicamentis reddidimus. Pos-  
sent enim impedire, deriuado ad renes, vim me-  
In aperien dicamenti laxantis. In aperientibus obstruc-  
tibus. nes, media quantitate ponи debent. In Arteriacis  
In arteria- à 3.j.ad 3.j. ne fluxionem sua acrimonia excitet.  
cis. In bechicis à 3.j.ad 3.j. tantum , ne pituita resic-  
In bechicis cata in pulmonibus retineatur, vel etiam sua acri-  
Flatus dif- monia fluxionem excitent. Hæc eadem flatus dis-  
cutientia. cutiunt, quæ si polypodio , aut flatum generanti-  
bus iungantur, augenda erit dosis à 3.j. ad 3.ij. In  
clysteribus autem & sedantibus dolorem, & aliis  
colicis remedijs, à 3.ij.ad 3.vj. in antidotis à 3.j.  
ad 3.ij. decoquuntur. Calidissima autem semina,  
Calidissi- qualia sunt semina nasturtij, rutæ agrestis, thapsie,  
ma. synapi, eruçæ in internis remedijs à 3.j. ad 3.j. in  
externis autem à 3.j. ad 3.j. hæc si decoquuntur  
siue ad internum, siue ad externum remediu, ma-  
ior quantitas eorum est necessaria, quām si tota  
in puluerem redacta assumerentur, potissimum  
cūm in aqua simplici decoquuntur . Dosis igitur  
erit à 3.j. ad 3.ij. in externis autem remedijs à 3.  
ij. ad 3.j. s. vt cum ex thapsia, & oleo remedium  
para-

paramus ad alopecia, pro lib. j. olei, 3. j. seminis  
 thapsiae imponimus. Sunt aliqua semina odorata, *Quædæ se-*  
 quæ aliquando fructus appellantur, ut carpobal- *mīna etiā*  
 samum sive semen balsami, cardamomum, grana *fructus ap-*  
 paradysi, cubebæ, piper: quæ iuxta acriū omnium *pellari.*  
 mensuram præscribi debent. Semina frigida alia *Frigida.*  
 maiora, alia minora dicuntur, id est alia alijs sunt  
 frigidiora: quæ omnia differunt viribus, sapore, &  
 odore, & familiaritate. Semina enim frigida mi- *Frigida mi-*  
 nora, refrigerant cum leui quadam adstricione,  
 & siccant tanquam amara vtcunque: ob id magis  
 in externis, quam internis imponi solent. In in-  
 ternis autem ponuntur, vt pulueribus à 3. j. ad 3. j.  
 & 3. ij. in externis à 3. f. ad 3. f. Semina verò fri- *Frigida ma-*  
 gida maiora refrigerant, & humectant, eo pacto *iora.*  
 nihil adstrictonis habent, sed potius relaxat par-  
 tes constrictas nimia siccitate quam constringat,  
 & corpori nostro magis familiaria sunt, si cortex  
 externus ablatus fuerit, neque antiquitate ranci-  
 da sint. Dosis diuersa erit pro diuersitate scopi, &  
 forma remedij: vt in humectantibus, in refrigeran-  
 tibus, & crientibus vrinam à 3. ij. ad 3. j. In pecto-  
 ralibus verò remedij à 3. f. ad 3. ij. vel 3. iiij. In la-  
 xantibus medicamentis à 3. j. ad 3. j. Pro forma  
 autem remedij augmentur, vt in clisteribus ad 3. f.  
 ad 3. j. In balneis detergentibus, refrigerantibus,  
 humectantibus ab 3. ij. ad 3. iiij. vel 3. vi. Raro in  
 alijs externis remedij vsurpantur, præter oleum  
 quod ex illis paratur. Semina autem frigida alia *Quædæ fri-*  
 alijs magis familiaria sunt, ob id maiori copia af- *gidorū esse.*  
 sumuntur, & frequenter: vt semina papaueris *magis fa-*  
 albi magis quam nigri, semina hyosciami albi po- *miliaria.*  
 tius quam nigri, vel flavi, idque in stupefacenti- *quædam*  
 bus, vt in colicis, inspissantibus, & arteriacis à 3. *minus.*  
 f. ad 3. ij. vel 3. iiij. In colicis tamen maiori quan-  
 titate debent recipi, quam in alijs: vt si quis semē

D 3 cicutæ

GVLIELMI RONDELETII

*Semen ci-* cicutæ dare vellet, in his & lubentiūs, & largiūs,  
*cpi.e.* quam in illis id faceret. Licet raro medicamentis  
 internis inferatur, est enim & siccum & adstringens & venenosum. Quare non leuiter peccant,  
*Harmel* qui in pilulis ad articularem morbum harmel,  
 quod est cicutæ semen, interpretantur pro semi-  
*Harmala.* ne ruta agrestis quod est Harmala. Sed liberiūs  
 in externis remedij constringentibus, refrige-  
 rantibus, stupefacentibus imponi potest à 3.j.ad  
*Mammarū* 3.£. vt in ijs quæ ad mammarum indurationem  
*induratio.* præscribuntur, intellige de singulis applicationi-  
 bus, his enim minor copia esset inutilis. Semina  
 aliqua sunt præterea quæ antea odorata diximus,  
 quæ fructus etiam dicuntur, vt semen myrthi, co-  
 rymbi hederæ, & similia, vt & nuclei mali grana-  
*Semen he-* ti. Ea mensurantur pondere, verbi gratia, semen  
 hederæ in syrups cipientibus aquas imponi solet à  
*Semen myr-* 3.j.ad 3.£. semina myrthi in constringentibus ex-  
 thi. ternis, & internis, ponи possunt à 3.j. ad 3.ij. in  
 externis aliquando ab 3.j. vt in capitalibus, & in  
 pulueribus adstringentibus ventrem, cataplasmatis, & clisteribus, fortibus, & balneis, augendo  
 vel minuendo dosim pro forma remedij, & sco-  
*Semina v-* po. Eadem erit dosis seminum vuarum, quæ om-  
 uarum. nino similem facultatem habent, & in iijdem re-  
*Semina ro-* medijs imponi possunt. Semina rosarum & in ex-  
 farum. ternis, & in internis remedij à 3.j. ad 3.ij. ponun-  
*Semen co-* tur. Semen coriandri inter medicamenta rehccan-  
 riandri. tia reponitur: sed alij calefacere, alij refrigerare  
*Herba co-* existimant. Ego puto semen calefacere, vt Galen-  
 glandri. nus existimauit, herbam autem recentem refri-  
 gerare, & minus resiccare. Semen calidum est ad  
 primum gradum, & siccum ad secundum: est igi-  
 tur in quibus parum calefacere, & magis resicca-  
 re conuenit usurpandum, vt in pulueribus capi-  
 talibus, pulueribus vetriculi, & hoc à 3.ij. ad 3.i.

In

In internis autem remedijs, à Medicis usurpatur, vt in pulueribus post pastum ab ʒ. i. ad ʒ. ii. sed præparatū aceto, vt effumatio illa, qua caput tentat, & veluti ebrietatem inducit, extinguatur. Acria enim aceto macerata fiunt mitiora: insipida verò eandem acrimoniam acquirut. Sed quod adeo caput tentet, vt Nicander vult, hoc agresti non præparato, vel herbæ ipsi tribuendū potius, quam nostro, quo hodie utimur, quod colitur in hortis, & cultura mitius fit, & maceratione in aceto facta, commodiùs redditur. Ego in morbis capitis, in quibus vel siccari, vel vim aliorum medicamentorum ad caput ducere oportet, ab ʒ. ii. ad ʒ. i. soleo iniucere. In morbis factis per consensum: vt in scotomia, & doloribus capitis abstineo, vel ab ʒ. i. ad ʒ. ii. tantum, alijs multis permixtum, & saccharo conditum, ad euitandam illam effumationem, potius, quam nō conditum usurpo. In externis remedijs a ʒ. iii. ad ʒ. i. Granum tinctorum vulgo appellatum, quod neque granum est, neque semen, sed vesicula quædam qua continentur oua paruorum insectorum: quod manifestum, nam si aceto non extinguantur, abeunt in paruos papilioes rubros, eaque nascitur tantum in folijs, vel caule, vel trunco vel radice ilicis humilis, propter eius magnam humiditatem, priusquam glandem ferat. Utuntur medici huiusmodi grano, in pulueribus capitalibus ad resiccationē, ʒ. i. ad ʒ. ii. vel ʒ. iii. vel in sanie grani recentis, sericum tingunt, pro confectione Alkermes paranda. Annnumeratur etiam inter ea medicamenta quæ neruos siccant, & consolidant: quare in enhemis, & conglutinantibus medicamentis a ʒ. ii. ad ʒ. ii. vel ʒ. i. ponit potest.

*Quid aceti  
in acria et  
in insipidae  
possit.*

*Granum  
tinctorum qd.*

*Sericum  
tinctorum eius  
sanie.*

*De frugibus sine cerealibus.*

*Cap. XV.*

*SONGHTOR*

*D 4 FRV-*

R V G E S , siue Cerealia in medica-  
mentis internis , & externis , præscri-  
buntur , sed diuersa mensura : nam si  
integra usurpentur , Pugillis , vel Ma-  
nipulis mensurantur: in farinam vero  
redacta , pondere , ut lib . j. lib . f. vel ȝ . aliquot , idq;  
maxime si in parua quantitate usurpentur , ut fa-  
**A milum.** rina hordei , tritici , aut quæ ex ijs parantur , ut ami-  
lum : sed si magna earum quantitas foret neces-  
saria nihil impedit eas manipulis metiri . ut sem-  
**F usfur.** per de furfure sit , siue sit tritici siue aliorum , ob-  
que dicunt eius utilitatem , & imbecillitatem . Sunt autem Ce-  
tercerealia realia quibus frequenter vtimur alica , frumentum  
siliquo , lequale , hordeum , spelta , auena , milium ,  
panicum , oriza . Quibus adiungi potest foenugra-  
cum , ex quo frequenter farina fit , & quamvis in-  
ter semina reponatur , eadem mensura tamē pre-  
scribitur , qua ipsa cerealia siue integrum , siue in  
farinam redactum . Denique Cerealia sunt , quæ  
cunque in farinam redacta panis materiam dare  
possunt . Erit ergo dosis cerealium diuersa , pro di-  
uersitate formarum remediorum . Nam si in bal-  
neis usurpentur integra , vel confracta ad M. plu-  
res : in clysteribus P. j. vel . ij. in decoctionibus ve-  
ro syrporum , iniectionum , gargarismatu ad P. j.  
vel P. f. Farina autem , si ad cataplasinatum com-  
positionem usurpetur , à lib . j. ad lib . ij. Si ad inspi-  
fationem succi herbarum , quantum sufficit , impo-  
nitur , donec mellis consistentiam acquirat : vt in  
bechico medicamento , aut arteriaco farina hor-  
dei , vel amyolum à g. j. ad ȝ . ij. vel iiiij. imponitur .

*De Leguminibus. Cap. XVI.*

*Vnde dicā-  
tur legu-  
minis.*

**E**GVMINA quod manu legatur di-  
cta , ut cerealia mensurantur : nam si in-  
tegræ usurpentur , M. vel P. metimur , si  
ve . ò in farinam reducantur , pondere sunt præ-  
scribenda

scribenda. Legumina autem sunt, cicera, lentes, fabae, lupini, orobi, falsooli. Quantitas eorum ex forma, & quātitate remedij, & viribus ipsorum, colligitur. Vsurpantur autem in externis & internis remedij: in his quidem integra, veluti in dectis ad ciendā vrinam, in illis redacta in farinam.

*De Lignis & Corticibus. Cap. XVII.*

**L**IGNA nō raro à Medicis ut & alia medicamenta in usum trahuntur, quorum cum magna sit varietas, in effacia, odore vel raritate, varia est *Efficacissima, odoratissima, odorata-* rum quoque Dosis. Si enim efficacissima, odoratissima, vel cara, pondere ʒ.i. vt plurimum præscribuntur, vt lignum aloës & xylobalsamum, & tantali omnes. Horumque usus est non in internis solum, sed & in externis remedij: vt in antidotis, in pulueribus cordialibus, capitibus, in vnguentis ventriculi, hepatis, & vteri. Iten: in epithematis cordis, & ventriculi: in suffu[n]igis etiam usurpantur, his adiungere possumus ebenum, quod in externis vt in collyrijs est usui. Ligna autem crassiora, & minus nobilia, ex quibus decoctiones parantur, vt ligni gaiaci, palmarum sanctæ, fraxini, tamarisci ramenta maiori pondere usurpantur, vt ab ʒ.i. ad lib.j. quando ex ijs decoctiones parantur. Corticis nomine integumenta plantarū interna, & externa, & fructuum putamina comprehendimus: dicimus enim majorum granatorū corticem, & nucum. Quarum corticum differentiae sunt multæ, quandoquidem aliæ nobiles, & efficaces, aliæ ignobiles. Nobiliū *Nobiles.* vt cinamomi, thuris, nucis moschatæ Dosis erit à ʒ.i. ad ʒ.ii. vel ʒ.ii. Ignobilium arborum, & fructuum, nisi ingratitudo prohibeat ab ʒ.i. ad multas Dosis erit vt gaiaci, capparis, fraxini, tamarisci, sambuci, populi, ulmi, pini, quercus, malo-

D 5 rum

rum granatorū nucumque, & suberis. Ex in medicamentis adstringentibus, & exsiccantibus eadē copia admisceri possunt: vt cortex pini, querqus, iuberis, & nucum, potissimum in externis remedijs.

## De Cineribus. Cap. XVIII.

**C**INERES ex lignis, corticibus, fructibus, lapillis, animalibus ijsque integris, vel eorum partibus parātur. Pendere autem solo mensurantur, eoque vario pro forma remedij, & pro sua

*Abluti.*

natura acriori, vel minus acri. Ex ijs si conficiatur remedia externa, largiore copia quam si interna, dantur. Intus autem si assumantur abluti, maiori

*Lixiuim.*

pondere: si vero nō abluti, propter acrimoniam, in parciori copia recipi debent, viunt enim calcis modo. Lixiuim ex aqua & cineribus facimus, verbi gratia. lib. iiij. aquæ lib. j. cinerum infundimus, sacramentorum, & salicis maiorem copiâ, brassicæ & fabarum minorem fumentes, quia hæ-

*Antispodii* magis acres. Omnia antispodiorum, quæ possunt parari ex fructibus adstringentibus, summittibus arborum adstringentium, vt ex myrthi ramis cum fructu oleastri, & similiū Dosis erit à 3. j. ad 3. ij. vel à 3. ij. ad 3. j. in interno remedio

*spodium.*

quod instituitur ad multas doses. Spodium vero

Græcorum est, quod hodie Tuthiam vocant bar-

*corallium.* bari. Corallium porrò vrimus, vt tenuitatem par-

tium acquirat, & siccitatem, vstum autem in ex-

ternis remedijs à 3. ij. ad 3. j. imponi potest, in

*Dentifricia.* internis, & deuorandis à 3. j. ad 3. ij. In dentifri-

*Cineres a-* cijs à 3. ij. ad 3. l. aut ab 3. j. ad 3. ij. Cineres hi-

*nimalium:* rundinum, vel cuculi, vel vermum, vel intestino-

rum gallinæ, ad dolorem, & ventriculi humecta-

tionem. Lupi autem vel cornu cervi, in interno

aliquo alio remedio assumuntur. Dosis erit à 3. j.

ad 3.

ad 3.ij.vel à 3.ij.ad 3.j.pro multis dosibus.Cæterum vruntur testacea marina , & ossa animalium, sed ea calcis naturam referunt. Quo fit vt eorum tantum vſus parcior sit vſurpandus. Verum quia sequenti capite de animalium dosi , & cinerum quæ ex ijs fiunt, sermo ex professio instituitur, plura hoc loco de ijs non esse dicenda videntur.

*De animalium dosi & partium eorum.*

*Caput XIX.*

**A**NIMALIA quorum vſus ad medicamenta conueniens est, interdum tota, vel eorum partes aliquę tantum vſurpantur, vel vna tantum, vel duabus partibus remotis, aliquando vna tantum pars eligitur. Vermes toti recipiuntur in *Integra vſta.* oleo de vermibus, totique vruntur, cum ex eis cineres conficere opus est . Idem de scorpionibus vſu venit, toti enim & vruntur, & in oleum recipiuntur. Idem de hirundinibus & cicadis sentendum, cuculis, & passerculis, troglodytis, et caudis tremulis. Viperæ quinetiam totæ vruntur, vel ad trochiseorum qui ab his denominantur præparationem, caput, cauda, pellis, ossa, & interiora omnia ejiciuntur, carnes vero retinentur cū iure. Quæ *Integra* vſurpantur numero frequentius mensurantur: quę vero mutilata aliqua parte sui, & numero, & pondere: quanquā nihil prohibet etiam *Integra* animalia , si minora sint pondere metiri, vt cimices, asellos, siue centipedes, & Blatas, Cantharides aliquādo totæ vt in vesicatorijs, imponuntur, & in quibusdam alijs internis remedijs: quanquam neoterici, alas & pedes auferunt semper, quod aliarum partium antidota dicantur si Dioscoridi credimus. Partes animalium siue *Partes animalium.* maiores sunt, siue minores, etiam liquidiores, vt fel , penduntur omnes : item quæ vſta sunt, vel

*Catharides*

G V L I E L M I R O N D E L E T I I

vel alio modo præparatæ, Dosis earum erit à ȝ. f.  
Nō ingratæ ad ȝ.i. Quæ minus ingratæ sunt, vel parum effi-  
caces.

parum caces à ȝ.i. ad ȝ.iiij. vel ȝ.iiiij. præscribi possunt, vt  
rasura eboris, vel cornu capræ, vel cerui, vel ci-  
neres ossium astragali leporis, rasura vnicornis,  
quæ quia carius emitur, minori pondere datur,  
vt alia medicamenta pretiosa, quanquam eius vis

neque maior, neque certior sit ea quæ est eboris,  
*Acres aut  
fœtidæ aut  
nimis odore  
racæ.*

aut cornu cerui. Partes autem quæ acres, aut fœ-  
tidæ, aut nimis odoratæ sunt, in internis reme-  
diis à G.ij. ad ȝ.ij. vel ij. vel ad ȝ.j. admisceri pos-  
sunt. Cuius generis sunt castoreum, moscus, am-  
bra, ciueta, tum quia acria sunt, & pretiosa. In ex-  
ternis verò remedii potest eorum augeri quanti-  
tas. Intestina lupi, & gallinæ in furno vruntur,  
& à ȝ.j. ad ȝ.ij. per se, vel cum vino propinātur.  
Sed si opiatæ, & pulueribus inferantur ad ȝ.j. vel  
ij. imponi possunt, propterea quod ad multas do-  
ses componuntur. Ex pulmone etiam vulpis &  
hepate lupi non raro remedia comparantur, sed  
quia ingrata, & male olentia, minus placent, sic  
cata in furno à ȝ.f. ad ȝ.j. imponimus: ad ȝ.ij. ve-  
ro si alijs odoratis admisceantur. Excrementorum

alia alijs sunt efficaciora, & magis acria: ob id  
diuersa præscribuntur mensura, vt sterlus galli-  
narum aduersus fungos à ȝ.j. ad ȝ.ij. sterlus co-  
lubarum à ȝ.f. ad ȝ.j. Idem de stercore sturni.  
Imò in externis remedii hæc ab ȝ.f. ad ȝ.j. vel  
plures possunt imperari. Sterlus ouis, & capræ &  
boum pondere nec mensura eadem præscribun-  
tur: sterlus enim ouis in cataplasmati ab ȝ.ij. ad  
ȝ.vi. sterlus verò caprarum, ad ȝ. iiiij. at vaccæ  
sterlus ad lib.j. vel plus, habita semper ratione  
quantitatis remediorū, & partis cui applicabun-  
tur. Fella, vt acrimonia, & consistentia differunt,  
sic etiam pondere: fel enim auium, cum minus

acre

acre, tenuius autem felle quadrupedum sit, acrius vero, sed minus tenuie felle piscium: fellis quadrupedum Dosis erit 3.j. auium 3.ij. piscium vero 3.ij. Cornua, quia dura sunt, vel vruntur ut ostra-  
Cornua.  
 cea, vel lima raduntur in tenuissimas partes: ea-  
 rum Dosis erit à 3.j. ad 3.ij. vel. iiiij. Saporis enim  
 & odoris fere sunt, proindeque omnis alterius  
 efficacia expertia nisi in resiccando valere multū  
 deprehenderentur. Quamuis etiam non nihil re-  
 frigerare possint, & quibusdam quadam antipa-  
 thia serpentes fugare, & vermes credantur. Non  
 me autem latet, plures facultates dari ab ijs qui  
 vendunt, vt & rasurę unicornis quam auro pen-  
 dunt, propterea quod venenis ut plurimum ad-  
 uerteretur. quod non minus præstare cornu cerui,  
 rasuramque eboris existimo. Et quemadmodum  
 cornu capre, eandem vim habere dicitur cū cor-  
 nu cerui: sic certe rasura eboris, cum cornu uni-  
 cornis, vt experientia docet. Quare pauperibus  
 ea quæ minus cara & preciosa sunt, dentur: diui-  
 tibus autem (quibus nihil carum esse potest) uni-  
 cornis imperetur. Cuius Dosis erit à G.vj. ad 3.£.  
 vel 3.j. Testæ similiter ostreorum, mitulorū, con-  
 charum venerearum quas vulgus gallicum *Pour-*  
*celaines* appellat, purpurarum, buccinarū, & alio-  
 rum ostreorum, item cancerorum marinorum, &  
 fluuiatilium, vruntur, vt facilius in partes tenuis-  
 simas reduci possint: carum Dosis à 3.j. ad 3.ij.  
 vel iiij. si vista extincta sint aqua, vel si abluta fue-  
 rint: in externis autem remedijs ab 3.£. ad 3.ij.  
 Nacra quæ alias mater perlarum dicitur non ma-  
 le pro vunionibus, & margaritis usurpari posse vi-  
 detur, idque non temere cum easdem vires inesse  
 vtrisque & ratio quod sint eiusdem animalis par-  
 tes, & ex eadem materia procreat, & experien-  
 tia qua id à me cōmprobatum est persuaserit, af-  
 firmare

Ab aliis unicornis.

Testæ.

Nacra.

firmare audeo : Dosim autem statuo à 3.j.ad 3.j.  
vel ij.in antidotis pauperum, quia vili pretio ven-  
ditur . Vniones vero, & perlas , siue margaritas,  
quas vsus in antidotis & pulueribus cordialibus,  
& quibusdam collyrijs recipit. à 3.j.ad 3.ij. assu-  
mo, parumque perforatas aut non perforatas esse  
curo. Cæterum quoniam aliquarū partium dosis  
exactiōrem doctrinam requirit, ea ratione pecu-  
liaris de illis sermo instituendus esse videtur.

*De Sanguine. Cap. XX.*

**S**ANGUINE autem animalium exor-  
diemt cuius non minus quam aliorum  
excrementorum, vel partium, in medica-  
mentis, tum internis , tum externis, frequens est  
vsus: sed diuersa proportione pro diuersa virium  
facultatumque quas vniuersusque animalis san-  
*In internis* guis obtinet ratione. Sanguis enim anatis & an-  
feris , cum valeat aduersus vñenā , tum sanguis  
testudinis marinæ, & terrestris, & hœdi recipiun-  
tur in antioto ex sanguinibus ad 3.ij. Atq; etiam  
in antidoto illa tantoperè celebrata , ad omnes  
internos affectus , & descripta lib.ij. de antidotis  
à Galeno , supradictorum animalium sanguis ad  
3.vij. admittitur : quia magna est compositio.  
Sanguis hirci cuius ad lapidem comminuendum  
magna est vtilitas à 3.j. £. ad 3.ij. vel ad 3. vij.  
præscribitur . Sanguis item testudinis marinæ ad  
epilepsiam ad 3. ij. datur . Testudinis vero terre-  
stris ad hecticam imperatur recens, & crudus ad  
3.j. & hoc faciunt nostræ mulieres, quia actu fri-  
gidus est, & quadam refrigerandi vi , humectan-  
di que prædictus est . Decoctum tamen carnis  
eius, mihi magis humectare, licet minus refrige-  
rare, videtur. Atque hæc de sanguinis in medica-  
mentis interius assumentis præscribenda mensu-  
*In externis* ra dicta sunt. Eius verò qui externa medicamenta  
subit

subit mensuram quantitatēmque definire nullo modo necesse est, sed ea arbitrio & necessitati relinquenda. Ut cum ad vulnera recentia oculorum sanguinem columbae, vel turturis imperamus, guttas aliquas in oculum injiciendas monemus. Et cūm fluentem sanguinem sistere volumus, quamvis alij sanguinem biliosum imperent, quia talis minus est emplasticæ facultatis particeps, ideo pituitosum, & viscosum malumus, exsiccatum, & in puluerē crassum redactum, eius quantum sufficit pro parte lœsa sinapisanda imperantes. In emplastris autem usurpamus eam quantitatēm quæ necessaria est ad puluerem excipendum, ut in Emplastro de pelle arietina sit. Sanguine porrò ranarum, vespertilionum, & similiū psilotra conficimus, eiusque quantitatēm quam volumus præscribimus. si qua autem inæqualitate in proportionē illorum depræhendatur, non alia ratione fit, quām quod non liceat æqualem horum animalium sanguinis copiam habere. Rana enim viridis parum sanguinis habet, ut & vespertilio, tunnus autem multum: Quare in eo loco in quo haberi potest, maiori quantitate usurpamus.

## De Vrina. Cap. XXXI.

**V**RINA Animalium in remedij externis admouendis quam in internis conuenientius admittitur: quia vilia, & abdominanda remedia ex recrementis vesicæ, & alui parata à Galeno lib. 7. Simplicium, nprobantur. Scribonius tamen Largus vrinam apri ad epilepsiam commendat. Rustici, & mulierculæ vrinam puerorum sanis, & ægris dant bibendam ad pestis præcautionem: ut vrinam mulæ, ad sterilitatem inducendam, aliqui turpiter & scelestè biddenam

Vrina apri.

Ad pestis

præcautionem.

nem.

Ad sterili-

tatem indu-

cendam.

dam

G V L I E L M I R O N D E L E T T I

dam mulieribus præbuerunt. Hominis verò , ad aquam intercutem , vel venenum , rustici similiter assūmunt , idque alia ratione mihi facere non videntur , nisi quod vim detersoriam eandem quam serum habeat. Quare in affectibus in quibus con-

*Vrina vi-  
res.*

uenit serum , vrina pueri præscribi potest , idque rusticis & ignobilioribus tantum. In clysteribus autem , quæ dantur ad detergandam pituitam , & ad appetentiam comparandam & conciliandam iniicitur ad pondus  $\frac{3}{4}$ .iiij. si cum alijs detur : si ve-

*Vrina pue-  
ri impubis.*

rò per se ad lib. j. Ad multa porrò remedia paranda , vrina pueri impubis ab antiquis usurpata est , ad eam quātitatem , quæ necessaria est pro extero remedio : vt in resolutione , ab argento viuo , in qua affectione tantum eius assūmimus : quantum necesse est pro magnitudine partis resolutæ.

*Differētia  
seri &  
vrinae.*

*Vnde fetor  
excremen-  
torum.*

*Quomodo  
debeat da-  
ri ad pur-  
gationem.*

*De Seru Lacris. Cap. XXII.*

**S**E R V M lacris , vrinæ proportione respōdet : & reuera , eadem est substantia , nisi quod minus foetidum , & ab hominabile est : propterea quod à sanguine in renibus non fuit separatum , ob quam separationem excremen-

torum naturam accipit , foetorem scilicet , habent enim minus calidi innati , ob idque facile putrefiunt . Ex eo instituuntur remedia ut clysteres & iniectiones in uterum , & vesicam , Ad decoctiones autem faciendas , usurpatur quantum sufficit ad decoquendas herbas . Vel per se bibitur ad purgationem vel deterzionem . Quia in re non satis est semel , sed per multis dies eius usum experiri , ita ut primo die  $\frac{3}{4}$ .iiij. assūmantur & his quotidie superaddatur  $\frac{3}{4}$ .j. donec ad lib. j. vel  $\frac{3}{4}$ .x. deuētum sit . Tunc de maiore quantitate licebit eodem modo singulis diebus  $\frac{3}{4}$ .j. demere , donec redeatur ad primam quantitatem . Si quando autem eo ad purgationem yti velimus . Id potentius

præ-

præstabit si sub dio pernoctauerit: nocturni enim Nocturni  
rores habent vim subducendi alum. Quam ob rores.  
id impertire fructibus ante exortum solis colle-  
ctis, depræhenduntur. Quin etiam succum rosa-  
rum vel fumiterre vel absinthij ad ichorum pur-  
gationem testulæ admiscemus, vel flores tantum,  
aut ipsas herbas contusas maceramus in eo, per  
totam noctem, & sic præparatum exhibemus.  
Delicatis tamen, ob amarorem admixtarum her-  
barum, mellis vel sacchari addi quantum ad po-  
tions amarorem temperandum, & ad gratiam fa-  
pori conciliandâ sufficere videbitur, præcipimus.

*De Lacte. Cap. XXIII.*

**L**A C Afinæ, si ad purgationem propi- Ad purga-  
natur, vel deterisionem, eadem mensu- tionem vel  
ra qua serum lactis præscribendum est. deterisionem.  
Si verò ad nutritionem, ne turbet ven Ad nutri-  
trem, minori copia, & chalybeatum:  
ut & camelinum ad 3. iiiij. tantum. Lac verò mu-  
liebre, & vaccæ imperatur ad lib. £. ouis, & ca-  
præ, media quantitas dari potest inter lac afinæ,  
& mulieris. Iis autem qui lactis potu assueti sunt,  
licet quantū erit animo assumere, obseruatis sem-  
per ijs quæ ab Hyppocrate enumerantur in apho-  
rismis.

*De Coagulo, & Butyro. Cap. XXIV.*

**C**OAGVLVM pondere castorei datur,  
à G.j. videlicet ad G. xii. pro vna Dosi,  
idque in internis remedijis, extra verò ma-  
iori copia requiritur, ut à 3.j. ad 5.j. Butyrum si- Butyrum.  
milter in externis, & internis remedijis admitti  
consuevit: ex eo enim Looch conficiuntur, dupla  
quantitate sacchari addita. Eius proinde Dosis est Quando  
ab 3. £. ad 4. £. non enim assumitur vna dosi, sed assumatur  
Looch.  
quantum baculo glycyrrizæ appræhendi potest,  
lambendo, vel quantitate fabæ. In linimentis, vn-  
guentis,

# GVLIELMI RONDELETII

guentis, acopis, suppurantibus, mollientibus, & relaxantibus ab ȝ.j.ad multas ȝ.apponi solet, pro quantitate remedij.

## De Adipe, & Seuo. Cap. XXV.

Differencia  
seui &  
dipis.



D E P S , & Seuum differunt consi-  
stentia, & temperamento: calefaciunt  
tamen ambo, sed seuum exsiccat, &  
minus relaxat. Axungia verò & rela-  
xat, & humectat propter humidita-

*Seuū quid* tem quā habet maiorem. Seuum porrò est, quod  
est.

Axungia  
quid est.

ex animalibus cornigeris colligitur, & in durior-  
rem consistentiam concrescit, quam axungia, eo  
quod magis siccæ terreæque substantiæ particeps  
existat. Axungia vero, siue pinguedo est omnium  
aliorum animalium, ut hominis, porci, vrsi, galli-  
næ, anseris, anatis, & piscium. Seuum ergo vsur-  
patur in vnguentis ulcerū internorum, & exter-  
norum, ab ȝ. f. ad ȝ. j. vt in dysenteria, in reliquis  
autem vnguentis, pari vel maiore quantitate. At  
pinguedo, siue axungia in linimentis, & vnguétis  
relaxantibus, & emollientibus ab ȝ. f. ad ȝ. iiij. vel  
iiij. pro quantitate remedij. Axungiam tamen por-  
ci à lib. f. ad lib. j. in vnguentum ad morbum gal-  
licum, præscribimus.

## De Medulla. Cap. XXVI.



E D V L L A seruat proportionē axun-  
giæ, vel seui: ob id eadem mensura  
præscribi potest: nisi quia minor me-  
dulla nobis copia suppetit, maior au-  
tem inopia: proinde parcior mensura  
eius usupanda, quam axungiæ.

## De Resinis & Picibus. Cap. XXVII.

Earum di-  
uisio.



V L T A E arbores Resinam fundunt, te-  
rebinthus terebinthinam, lentiscus ma-  
stichen, abies abietinam, pinus pinæam,  
larix laricæam, cypressus cypressæam, picea, eam  
quam

quam etiam picæam possumus appellare. Qua-  
rum partitio, præter colorem; & partium tenui-  
tatem, talis esse potest ratione consistentia, quod  
ex ea ponderis diueritas potissimum sumatur:  
vt yna partitionis extremitas, liquidas siue humi-  
das vt pinæam, liquidioreas vt abietinam, liquidif-  
fimas vt laricæam obtineat: altera verò siccias si-  
ue duras vt cupressinam, duriores vt terebinthi-  
nam, durissimas vt mastichen, picæa ferè in me-  
dio est, cum liquiditate enim valde spissa est, & pi-  
cosa. Diueritas autem ponderis, ratione scopi, af-  
fectus & formæ remedij, talis est. Si assumantur  
per se quaæ liquidæ sunt vt larycæa, & abietina à  
ð. j. ad ȝ. ij. vel ij. exhibemus, cum dolorem leua-  
re consilij nostri est, & detergere renes: si aluum  
subducere à ȝ. ij. ad ȝ. f. In emplastris, & vnguen-  
tis ab ȝ. f. ad ȝ. j. vel plures. Nam cùm empla-  
strum, vel vnguentum ex viscosis, vel emplasticis  
conficiatur, sufficiet pauca quantitas liquidæ re-  
sinæ, quaæ efficit vt adhærere possit: si autem ex  
oleis tantum, spissiores resinæ eligendæ sunt, &  
in maiori quantitate usurpandæ: si verò ex aridis,  
magis viscoſæ resinæ eligi debent, & in maiori  
quantitate. Augetur etiam, vel minuitur eorum  
quantitas pro scopi ratione. Nam si ad sedatio-  
nem doloris medicamentum acopum paretur,  
abietina vel laricæa imponitur ad plures vncias.  
In suppurantibus, vel emollientibus vnguentis,  
maior quantitas ponî debet, quam in sarcoticis,  
vel potius mastiche, & resina fricta, vel vulgo ap-  
pellata colophonia. De Pice idem sentiendum,  
quaæ cum ex ijsdem arboribus, à quibus resinq sic-  
æ decidunt, trahatur, præparatione tantum ab  
ijs differt: quod resina sponte fluat vulnerata ar-  
bore, pix autem igne extrahatur. Ea duplex est:  
Liquida  
sicca, & liquida, quaæ licet alioqui commoda,

Pices unde

Liquidæ  
pix.

GVLIELMI RONDELETII.

& efficax, ad multos morbos sit, & deportatu  
xquè facilis ac resinæ liquidæ: hodie tamē, igno-  
rantia ne, an incuria medicorum neglecta iaceat,  
magno ægrotantium incommodo, nescio. Ergo,  
cūm siccā solam passim habeamus, in externis,  
quam internis, in emplastris quam vnguentis ijs-  
que suppurantibus, vel trahentibus, & sedanti-  
bus dolorem, & picationibus, meliori est vsui.  
In vnguentis, & emplastris ulcerum, pix derasa  
è nauibus magna quantitate usurpari potest, quia  
magis siccāt. Omnia in externis remedij Dosis  
est ab 3. £. ad 3. j. vel plures. In internis quo-  
que remedij, nostri rustici picem usurpare so-  
lent, vt ad sanguinem concretum dissoluendum:  
*Pix ad intra. id  
qd mummia*  
qua in re tantum valet, quantum mummia ar-  
abum, si redacta in puluerem in ouo forbili exhi-  
beatur: à 3. £. ad 3. j. vel duas assimi potest. Ea  
non minus vti possimus ad expectorationem,  
quām liquidis resinis, eademque dosi. In ecle-  
gmatis eadem mensura: & quia eclegma elin-  
gitur paulatim, & magna copia eius paratur, pro  
quantitate remedij plus vel minus accipiatur: vt  
in vnguentis etiā faciendum, omnibus denique  
ijs quæ ad plures doses præparantur, & asseruan-  
tur.

In Ecle-  
gmatis.

*De Oleis. Cap. XXVIII.*

L E V M de genere internorum &  
externorum remediorum est, in cuius speciebus magnæ dissimilitudi-  
nes reperiuntur propter oleorū va-  
rietatem. Quò fit vt oleo non vna  
*Comune in* tantum debeat ascribi mensura, sed ea diuersa  
*clysteribus.* pro natura eius quo vti volumus & pro medica-  
menti forma, & scopo, vel aliorum quæ miscen-  
da sunt. Oleum enim commune per se, vel cum  
alijs

alijs commixtū usurpatur, vt in clysteribus : quod si solum, à lib. f. ad lib. j. f. injici debet, pro corporis magnitudine, & ventris plenitudine . In puerō , & in tumore magno alicuius internæ partis: vt vteri , vesicæ , renū , & intestinorum lib. f. dabuntur tantum . Verum si venter vacuus , & absque tumore aliquo, lib. j. f. erit opus , vt cum etiam altius peruenire volumus . In sedatione doloris lib. j. sufficit, etiam si actio dependeat ab oleo potissimum . Miseretur etiam vino , vel decocto , & tunc æquis partibus injici debet ana 4.j. paruo corpori : maiori autem ana lib. f. vt in colico dolore , ad doloris sedationem . Si ad durorum recrementorum mollitionem, vel ad intestinorum humectationem utile sit, ad ȝ. iij. ponit debet . Idem de omnibus oleis temperatis sensu tiendum est : vt de oleo chamælino, amygdalarum lilio rum , & seminis lini . Aliorum vero oleorum multum calfacientium , tertia pars sufficiet supra dictæ dosis , vel dimidia , nisi morbus extremus esset , in quo licebit communem dosim usurpare ad ȝ. iij. Minuitur vero quantitas olei, quando ex decocto pingui clyster paratur , vel quando butyrum , vel axungia porci admiscetur . In externis vero remedijs , oleum quod scopo, vel parti magis accommodatum est, usurpatur . Si autem unum tantum usurpetur, nihil refert quam quantitatē prescribamus , modo sufficiat ad partes inungendas . Quod si diuersa olea commiscenda sint , feruanda est illa proportio , quam superius monstrauimus de alijs medicamentis, scilicet æquali proportione, si ex æquo conueniant , esse miscenda, inæquali autem, si non ex æquo , vt in augmento inflammationum , in quo solemus o- to inflammationum leum rosatum oleo chamomeli admiscere . In principio plus olei rosati, & minus chamomeli-

Olea tem-  
perata.

In externis

In augmē-  
to inflam-  
mationum

GVLIELMI RONDELETI

ni accipimus, deinde vice versa: vt si primum tres partes olei rosati, vnam olei chamomelini accipiamus, tandem vni olei rosati tres chamomelini miscebitur. Si vero miscentur ceræ, vt melius hærent parti, & ad continenda alia ne diffuant, pro  $\frac{3}{4}$ . ij. olei ceræ  $\frac{3}{4}$ . f. addimus, vt sit quadruplum olei. Si fiat ex axungis liquefactis, non minuenda est quantitas ceræ, quia axungia oleo mixta non concrescit: si ex seuo, quia consistentiam habet terream, & spissam, minui potest quantitas ceræ: vt etiam si medulla animalium cornu gerentium adiungatur. Oleum in vnguentis, etiam ea proportione ponitur, vt addantur  $\frac{3}{4}$ . ij. ceræ pro  $\frac{3}{4}$ . ij. olei.

Ceræ ad-  
mixtum.

In vnguen tium adiungatur. Oleum in vnguentis, etiam ea proportione ponitur, vt addantur  $\frac{3}{4}$ . ij. ceræ pro  $\frac{3}{4}$ . ij. olei.

In cerato. In cerato vero, seruant contrariam proportionem, quam in linimento: nam pro  $\frac{3}{4}$ . f. olei,

In linimen ceræ vetustæ, & duræ  $\frac{3}{4}$ . ij. adduntur. Nec mirum fit, si ceræ in linimento, & vnguento eadem po-

natur quantitas: quandoquidem linimentū præter olea, axungias, vel resinas liquidas, vel butyrum, vnguentum præter ceram, pulueres recipiat

In empla- vt plurimum. In emplastrō aliquando aequalis jtro. mensura olei, & ceræ, vel eius rei quæ ceræ vi-

cies gerit, datur. Si emplastrum fiat ex decoctione herbarum, radicum, vel seminum, pro lib. j. olei M. j. herbarum injici potest. Quod si in decoctione sit aliquod vilacidum, vt radix althæ, ceræ quantitas minui potest. Sustrahentur etiam  $\frac{3}{4}$ . aliquot à lib. j. olei, si in regione calida, aut tempore calido emplastrum paretur, aut aliqua terebinthina imponatur, aut lacryma liquida, vel fel liquidus. Augetur autem olei quantitas, si hyenne lat compotio: nec non si cerula, vel lithargyrion sine aqua vel acero diutius sint decoquenda, absunt enim longa coctura oleum: vt si pix vel colophonia ceræ addantur: nam pro regione, fine, & tempore, & ijs quæ admilcentur

vna

Vnā, ceræ quantitas mutatur. Quare difficillimum est ceræ quantitatem certam, vel olei, imperare. Quod si emplastrum siccus redditum fuerit, ob admixtionem picis siccæ, vel puluerum aliorum, terebinthina parum addere oportet, vel ceræ quantitatem augere, & olei. Si vero axungia aliqua addatur, olei quætitas est minuenda, vel ceræ quantitas augenda ad dimidium, addit. Eadem proportio seruanda est, cum ijs quæceræ vices gerunt, ut cum propolide, & ladano. Ut si sola propolis miscenda oleo sit, & mollior, æquali vtriusque quantitate fiet: si verò siccior, & durior, minuenda quantitas propolis, vel augenda quantitas olei. Oleum in maiori quantitate ponendum, si metallicis aridis, vel acribus miscetur: quia hæc multum olei ebibunt, tum ut eorum frangatur acrimonia. Denique augendum, vel minuendum pro consistentia, vel natura miscendorum, vel pro fine, & scopo. Nam si ad sedandum dolorem, vel emolliendum, vel relaxandum plus olei: si verò ad constringendum, vel siccandum minus ponendum est.

*De Cera dosi. Cap. XXXIX.*

ERA in externis, magis quam internis apponi solet: quanquā non desint, qui pilulas ex cera confiant, & Diocorides cum iure sorbili præcipiat, in vleribus intestinorum. Non qualibet autem cera sine delectu est usurpanda, cum aliqua sit quæ arte paretur, ut alba: & hæc, quia durior, ad excipiēdos pulueres ponitur in masticatorijs: verum in suffumigis, quando ex lignis, & aridis fiunt, flava & pinguior. Earum Dosis est quantum sufficit ad excipienda alia medicamenta. Eligitur autem mollior: in ceratis, vnguentis,

*Cera vices  
gerentia.*

*In metalli-  
cis aridis,  
vel acribus*

*Pilulae ex  
cera.*

*Alba.*

*Flava.*

*Mollis.*

E 4 tis,

G V L I E L M I R O N D E L E T I I

tis, & emplastris, ad consistentiam, & liquidorum inspissationem: & hoc diuersa mēsura, vt de oleo dictum est, pro forma diuersa remediorum, & pro miscendorum materia, scopo, & intentione. In linimentis verò ad olea retinenda sufficit illa quantitas ȝ. ij. ceræ pro ȝ. j. olei. In vnguentis eadem proportio seruatur, vt dictum est: & insuper ȝ. j. puluerum ȝ. j. olei additur, spissat enim puluis, & vnguentum crassius reddit. In cerato maior additur quantitas ceræ, potissimum si nihil ad inspissandum addatur. Sed hæc omnes ex precedentí capite, cum huius & illius separatu diffilis sit doctrina, ob subiectorum conuenientiam, satis sunt nota.

De Aceto.

Cap. XXX.

*Ad pene-  
trationem.*

*Oxyrhodi-  
num.*

*Vires aceti.*



C E T V M in multis remedijis internis & externis apponitur, vt in externis ad repellendum, vel ad penetrationem medicamentorum. Si autem ad penetrationem, sufficit guttas aliquot tempore inunctionis addere vnguentis. In perfusionibus capitis, aut irrigationibus, maior quantitas addenda, pro natura morbi, aut scopo. Nam si Oxyrhodinum paretur ad dolorem capitis, vel ad phrenitum, sufficit ȝ. ȝ. pro ȝ. iiij. olei rosati. Si verò in principio lethargi, aut alterius affectionis soporiferæ, ponatur, ȝ. j. ȝ. pro ȝ. iiiij. olei erit nervis aceti. cessaria, quandoquidem acetum sua acrimonia, & siccitate vigilias excitat, & sua partium tenuitate incidit, & attenuat. In inflammationibus verò ad Oxycratum faciendum, vel Oxymel, vel Syrupū acetosum simplicē, tantū aquæ miscendū ut bibi possit. Quare relinquendū est iudicio Pharmacopœæ: nam pro natura aceti plus aut minus aquæ additur, cum aliud alio sit acidius & acrius.

De

De Saccharo. Cap. XXXI.

A C C H A R V M , Mel, & Sappa, mul-  
 torum remediorum materia sunt: po-  
 nuntur enim in medicamentis ad for-  
 mam inducendam, vel ad gratiam, vel  
 ad conseruationē admiscentur: quare  
 de singulis particulatim erit dicendum. Sacchari Quantitas  
 quantitas varia est, pro fine, ceu scopo, & pro re- sacchari.  
 medij forma, & pro natura eorum quibus admi-  
 scetur: alia enim quantitas in syrups, alia in ta-  
 bellis, alia in pulueribus, alia in opiatis, alia in  
 eclegmatis, ponitur. In syrups quidem paratis In syrups.  
 ex amaris, acidis, & acribus ad maiorem gra-  
 tiā, maior quantitas requiritur: multo maior,  
 si ex succo paretur, vel diutius seruandus sit.  
 Quod videre licet in Syrupis de buglossa, qui  
 ex succi buglossæ depurati lib. iiiij. sacchari lib.  
 iij. paratur. Si ex succo apij foeniculi, & simi-  
 lium, æquali proportione miscetur saccharum.  
 Si vero ex succo efficaciore, & magis acri, in  
 maioriā quantitate ponī debet: vt si ex succo li-  
 monum, vel citri paretur syrus. succi lib.j. £.  
 addere oportet, sacchari lib. iij. Si vero ex infu-  
 sionibus florū non laxantium, æquali mensu-  
 ra, vt si ex floribus nenupharis paretur, & simi-  
 libus. Si vero ex multis infusionibus florū la-  
 xantium, & lenientium syrus paretur, lib.j.  
 infusionis superare debet quantitatē sacchari,  
 vt si infusionis lib. v. ponantur, sacchari tantum  
 lib. iiiij. adhibendæ erunt, ne vis laxandi impe-  
 diatur, aut minuatur. In Elecūarijs alia men- In electua-  
 sura obseruatur, proque natura miscendorum rijs.  
 puluerum augetur, vel minuitur ipsius quanti-  
 tas. Si puluis gratus sit, quales sunt cordia-  
 les, stomachicci, & capitales intrinseci: pro  $\frac{3}{j}$ :  
 $\frac{3}{j}$ . pulueris, sacchari in aqua dissoluti, & cocti

E 5      3.j.

$\frac{3}{4}$ . j. addimus. Si efficacior sit, & minus gratus puluis: maiorem sacchari copiam addimus, ad gratiam. Si vero puluis laxatiuus sit, pro  $\frac{3}{4}$ . i. f. pulueris sacchari  $\frac{3}{4}$ . j. imponimus, quod responderet rationi quae est inter lib. j. sacchari, & eam puluerum

*In conditis* quantitatem; quae est ab  $\frac{3}{4}$ . ij. ad  $\frac{3}{4}$ . iii. In conditis additur sacchari parum, si cōseruae odoratæ sunt, ut in conserua rosarum, violatum, & capillorum Veneris. Si vero amarum, ut cōseruae florum cichorij, Enulæ campanæ, si acres ut anthos, stœcados, saluix.  $\frac{3}{4}$ . f. sacchari pro  $\frac{3}{4}$ . j. conseruarum imponenda. Quod si ex consernis, & pulueribus fiant: seruanda erit proportio pulueris, & sacchari, habita ratione conseruarum: quod faciendum quoque est in tabellis paratis ex pulueribus, conseruis, & aqua. In opriatis raro saccharum ponimus, nisi quando sirupus ingratus est sapore, tunc enim

*In elegma* ad gratiam inducendam iniicitur, In elegmatis expectoratibus, & detergētibus ponitur in larga

quantitate, quia per se conuenit affectui. In pulueribus acribus ut ex pipere, & zinzibere, pro  $\frac{3}{4}$ .

j. pulueris  $\frac{3}{4}$ . j. facchari additur: in dulcibus  $\frac{3}{4}$ . f. maxime quando glycyrrhizam, aut anisum puluis recipit. Si vero ex insipidis, ut ex cineribus, vel cortice cucurbitæ, paruam quantitatem sacchari imponimus, nisi quando dulcem facere volumus. Multum facit, ad quantitatem sacchari conuenientem inueniendam, præter scopum remedij, etiam sacchari natura. Nam in pulueribus capitalibus, & detergentibus, ut supradictum est, liberalius saccharum additur, aut si humectandum potius quam exsiccatum, aut laxandum potius quam

*Natura fac  
chari spe-  
ctanda.* constringendum. Quod autem natura sacchari avgēdam vel minuendam indicet quantitatem, inde est, quod multæ sint sacchari differentie. Est enim aliud candum arte factum, aliud defecatissimum

mum & candidum, aliud quod rubrum dicitur,  
 fæculentum, & ad mellis naturam accedēs, aliud  
 quod Rosatum tabulatum appellatur. Horum de-  
 lectum habere oportet, & quancitatem augere  
 vel minuere, pro eo quod erit opus. Nam saccha-  
 rum candum, cùm extergendum est, aut expe-  
 randum, aut siccandum, eligitur, & minori quan-  
 titate miscetur, quia potenter id facit. Saccharum  
 illud candidissimum, defecatissimumq[ue], minus de-  
 terget, & minus siccatur saccharo cando, minusque  
 humectat, & deterget saccharo rubro. Saccharū *Rubrum.*  
 vero Rosatum tabulatum minus calcit, magis *Rosatum ta-*  
 siccatur, atq[ue] plus constringit propter aquam rola-  
 ceam: quare in fluxu ventris, vomitibus, ac distil-  
 lationibus offendit convenientius est. Tempus af-  
 sumptionis quantitatem auget, vel minuit, vt & *Tempus af-*  
 sumptionis *natura morborum.* Nam si à cibo puluis præscri-  
 batur, minorem decet esse quantitatem sacchari,  
 vt si ad affectus veteri, aut ad morbum flatulentū,  
 aut ad vomitionem, nihil aut parum sacchari ad-  
 dere oportet, vel saccharum rosatum tabulatum.  
 In pulueribus autem, & in remedijs assumendis  
 ante cibum, Saccharum candidum, vel candum,  
 in magna quantitate ponitur ad detergendum,  
 vel relaxandum. In morbis flatulentis parum aut  
 nihil, siue ante siue post cibum exhibeatur, quo-  
 niam flatus semper auget. In clysteribus laxanti-  
 bus, vel detergentibus saccharum rubrum poni-  
 tur ab  $\frac{3}{4}$ .f.ad  $\frac{3}{4}$ .ij.vel  $\frac{3}{4}$ .iiij. in dysenteria vero Sac-  
 charum rosatum tabulatum, vice Mellis rosati, tu-  
 tius ponitur.

*De Mellis quantitate. Cap. XXXII.*

**M**ELLE vtebantur antiqui, antequam *Saccharum*  
*Saccharati* sufficientem quantitatem ha- *primum nō*  
 berēt: verum posteaquam ratio copio- *fuisse pas-*  
*sisim usū.*  
*factaque*

G V L I E L M I . R O N D E L E T T I I

*Cui Saccharo* factaque palata hominum delicatoria , neglecto  
ro mel si- melle sacchari vsum introduxerunt in multis re-  
mile sit.

mediorum formis, vt in sirupis, confectionibus,  
elegniatis , in alijs deniq; quam plurimis : sunt  
enim eiusdem ferè facultatis, potissimum saccha-  
rum rubrum & mel , magis tamen deterget mel.

*Saccharo*  
*quædā po-*  
*tius parari*

Saccharum verò gratius est , & aptius ad aliquas  
formas inducendas, vt ad electuaria sicca , & du-  
ra conficienda. Citius enim quā mel , exficcat-  
tur, & induratur: & siccatum, & induratum faci-

*Mel qui-*  
*busdā ma-*  
*gis conue-*  
*nire.*

liū dissolutur, & masticatur. Sunt tamē quæ mel  
postulant potius , remedia aliqua : alia verò quæ  
saccharum, alia mel & saccharū simul admittunt.

Antidota cum melle parantur , quorum descrip-  
tiones nobis ab antiquis relicte sunt : quamquā,  
nihil vetaret , etiam cum saccharo vino dissoluto  
illa parare. Item colica etiam cum melle compo-  
nuntur. Item siripi aliqui cum melle similiter: vt  
qui ad effectus pituitolos, quales sūt de Stœcha-  
de, de Artemisia imperantur, & alij pectorales ex

*Mellis quā*  
*titas.*

melle & saccharo cōficiuntur. Mellis porrò quā-  
titas eadem erit quæ sacchari rubri , in omnibus,  
in quibus mel conuenit, vel ad dulcedinem indu-  
cendam, vt in amaris compositionibus, vel ad cō-  
seruationem, vt in conseruis venerem prouocan-  
tibus , quæ melle potius quā saccharo parari de-  
bent, vel quia sua facultate iuuat : vt in gargaris-  
mis, & alijs detergentibus remedijs. Aliqui volūt,  
in antidotis , & confectionibus, pro lib.j.mellis,  
pulueris ȝ.ij. addi.alij ȝ.iii. alij ȝ.iiij.alij v.vel vij.  
Galenus vij. Sed tres posteriores doses efficacio-  
ra, & vehementiora remedia faciunt , prima autē  
debiliora, media igitur erit tutissima. Sed nos pul-  
uerum saporem , & odorem considerandum esse  
ducimus : vt si puluis valde sit amarus vel admo-  
dum acris, ponatur illa magna quantitas, p̄ter-  
quam

quam in compositionibus laxantibus, & antido- *Compositio-*  
*tis*, in quibus materia non debet medicamenti *nes laxantes*  
 vim extinguere, vel minuere, oportet enim anti- *et antidota*  
 dota vehementissima esse, ob morbi vehementia:  
 tunc quia his frequenter non utimur. Adde quod  
 facilius est addere pulueri mel, quam iam mixtū  
 detrahere, vel puluerem antidotis adiungere, cū  
 mellis copia semper suppetat, pulueris non item.  
 Quare Pharmacopœia iudicio relinquendū est:  
 nisi quando propter alias occasiones Pharma-  
 copœia incognitas, religiosius dosim, & propor-  
 tionem seruare volumus.

*De Sappa.**Cap. XXXIII.*

**S**APPÆ in sirupis quibusdam pectorali- *Sappæ ef-*  
*bus*, & compositionibus alijs frequenter *ficacitas.*  
**S**ponitur: vt in cōpositione Diacodij apud  
 Galenum ex Sappa parata. Deterget enim, & dul-  
 cis est, minusq; defluxiones excitat quam mel, ob  
 minorem facultatē detergendi. Eadem erit quan-  
 titas sacchari, mellis, & sappæ.

*De Metallicis, & Mineralibus.**Cap. XXXIII I.*

**M**INERALIA hic voco, quęcunq; *Quid sint*  
 ex terra effodiuntur. Metallicā vero  
 quę prēterea possunt liquefieri con-  
 creta. Hæc omnia ponderibus diuer-  
 sis metimur, pro eorum efficacia, &  
 acrimonia. Quę ergo parum efficacia sunt, mag-  
 na copia imponi debent. Quę autem possunt li- *Emplasticæ*  
 quari, & emplasticam vim habent, in emplastris  
 vices materiæ gerere possunt, vt lythargyrum,  
 plumbago, & cerussa: hec ab ȝ.j.ad lib. f.vel lib.  
 j.vel plures imponimus. Quę autem summae sunt  
 efficacitatis à ȝ.j. ad ȝ.j. Quę vero acriora sunt *Acria.*  
 ex seſe, vel ob vitionem, minori rursus quantitate  
 imponi debent: vt ærugo, æs vistum, flos æris: di-  
 phryges

G V L I E L M I R O N D E L E T I I

phryges etiam minori quantitate, vt à ȝ. f. ad ȝ. iiij.

Quæ ex vſtione acria ſunt, ſi abluātur poſt vſtio-  
nem, maiori copia erunt ponenda quam antea: ſi  
verò vſta fuerint, & non abluta, vt dictum fuit.

**P**arū acria Parum acria vt plumbum non vſtum, ſed longa  
trituratione in tenuem puluerem redactum, item  
pompholyx, tuthia, lithaigyrū, ceruſa, deniq; quæ  
ſine morſu ſiccant, à ȝ. i. ad ȝ. ii. ponuntur: poſſunt

**M**ineralia. tamen maiori quantitate vſurpari. Mineralia verò  
vt fulphur, chalcitis, alumé, chalcantum, ſanda-  
racha, hæc omnia cùm ſint acerrima, non niſi in

**C**anſtīca. fortioribus remedijs ſunt vſurpanda. Caufīca, vt  
ſandaracha, chalcitis, chalcantum, & chrysocolla  
à ȝ. f. ad ȝ. i. per ſe imponuntur: ſi vero mitiori-  
bus admifcentur ad ȝ. i. Realgal vero, quia acerri-  
mum eſt, in externis tantum vſurpatur ad quanti-  
tatem grani hořdei: alumen verò, & ſulphur mi-  
nuſ periculoſa ſunt, quæ ſi in internis ponantur à  
ȝ. f. ad ȝ. i. ſi verò in externis à ȝ. f. ad ȝ. i. vel plu-  
res dari poſſunt.

*De Argento viuo & Sublimato.*  
*Caput. XX XV.*

**A**RGENTVM viuum quia efficacissimū  
eft, diuera mensura præſcribitur: nam ſi  
ad reſificationem tantum, ſive prouocationem  
ſudorum vt in ſcabie, vel pediculari mor-  
bo, ſufficit ȝ. f. pro ȝ. iiij. vnguenti cui admifce-  
re.

*In morbo tur:* ſi vero ad ſudores mouendos, vt in morbo  
gallico non gallico non inueterato, & pro corpore tenui, vel  
inueterato. debili ȝ. j. pro 4. ſatis erit. In fortioribus vero na-

*In morbo turis,* & morbo inueterato, pro 4. j. aliorum quæ  
gallico in- vnguentum conficiunt, ponitur ab ȝ. j. f. ad ȝ. iiij.  
neterato. Sublimatum mensuratur ad ȝ. j. vel ȝ. iiij. in exter-  
nis remedijs, ſi ad reſificationem tantum, & ad ar-  
roſionem, vt in carbunculo, vel in ulceribus pu-  
Sublimatiū tridis. Eadem quantitate accipietur ſi per ſe, & in sub-

Substantia ponatur: si vero vnguentis addatur, ad carnis putridæ arrofionem, pro  $\frac{3}{5}$ . j. vnguenti à  $\frac{3}{5}$ . j. ad  $\frac{3}{5}$ . ij. potissimum si Basilyconi , vel alijs pinguisbus, & oleosis admiscetur: quod si alijs vnguentis arrofentibus , minor quantitas addetur à G.v.ad G.vj. pro  $\frac{3}{5}$ . j. aquæ, vel  $\frac{3}{5}$ . f. vnguenti.

*De lapidibus.* Cap. XXXVI.

**D**APIDES diuersis mensuris meti-  
mur, vt de metallicis dictum est: sun  
enim aliqui preciosi, & rari, vt hyacin-  
thus, saphyrus, smaragdus: hec parua  
quantitate debent accipi, quia in par-  
ua mole durissimam, & valde defacatam mate-  
riam habent, ob idque valde efficacem: ob effica-  
citatem autem solam id fieri certum est: cum fra-  
gmenta minus chara sint, quæ in pulueribus cor-  
dialibus ad vnam dosim, solent usurpari tantum  
à 3. f. ad 5. j. **Sunt aliqui efficaciores, quique acri-**  
**moniam quandum habent, ob id periculosi: vt la-**  
**pis armenus, & cyaneus. Ij pro diuersitate scopi,**  
& præparationis ratione, alio atque alio pondere  
mensurantur. Nam si in cordialibus ponatur la-  
pis lazuli, vt in compositione alkermes, virtut vt  
chalcitis, & frequenter abluitur vt cadmia, & mi-  
nori quantitate ponitur, quam nō vstus, & ablu-  
tus, & quam in medicamentis laxantibus: **quare in cordialibus à G. vij. ad 3. f. pro vna dosi: in lax-**  
**antibus vero medicamentis a 5. j. ad 5. ij. f. si per**  
se, & vna dosi assumatur in compositionibus mai-  
ribus, maiori copia, pro earu videlicet quantita-  
te, vt videre est in confectione Alkermes, & Pilu-  
lis de quinque generibus myrobalanorum, In-  
dis & Pilulis de lapide lazuli, in quibus poni-  
tur, ad purgationem melancholie, locut: tamen **Lapillorū**  
**hi lapides sunt naturæ veratri, qui si in minima** **natura.**  
quanti-

G V L I E L M I R O N D E L E T I I

quantitate sumuntur, in ventriculo remorantur,  
eumque exulcerant: si in paulo maiori quantita-  
te, ventrem mouent, & purgant, multamque vti-  
*Non acres.* litatem præstant. Lapides vero nulla acrimoniam  
prædicti, vt lapis iudaicus, & lapis lincis à 3. f. ad  
3. j. vel duas, magis enim pondere suo calculos  
*Qua vi cal* deturbant, quām proprietare occulta, ob id, si te-  
culos detur nuissimè triturentur, & maiori quantitate atsu-  
mantur ex vino albo, vel aqua graminis, aut ali-  
qua substantia tenui quæ penetrat ad renes, ma-  
gno utiliq[ue] erunt viui.

*De Terra. Cap. XXXVII.*

**T**ERRA medicamentosa eo ponde-  
*Non acris.* re mensurari debet, quo lapides: nam  
si acris sit, vt ocria vista, à 3. j. ad 3. f.  
*Marina.* alia autem quæ sine acrimonia est, vt  
sigillata, rubrica fabrilis, bolus arme-  
na, a 3. f. ad 3. ij. Marina, siue quæ ex mari petun-  
tur, si naturam lapidis referat, pondere lapidum,  
aut terræ mensurabuntur, vt corallum rubrum,  
& album, testæ ostreorum, concharum, purpura-  
rum, & buccinarum, os sepiæ & mitulorum. Si  
vero marina acria sint, à 3. j. ad 3. i. vel 3. ij. ponu-  
tur: talia sunt alcyoniæ genera, & flos salis, ossa  
magnorum piscium, vt siluri vel lucij, quibus in  
puluerem redactis vitimur, nec non loco spodij  
eorum cineribus, quorū pondus, cineres olsium  
eorum animalium quæ in terra degunt, imitatur  
à 3. j. ad 3. ij.

*De Quantitate laxantium medicamentorum, tam  
simplicium quam compositorum.*

*Caput XXXVIII.*

**V**ANTITATEM medicamentorum  
*Difficiliorē* iustum inuenire nimium esse difficile, su-  
torū quam perius monstrauimus: attamē facilius est  
simplicium quam cōpositis:  
*cōpositis* in simplicibus medicamentis, quam in cōpositis:  
simplicia

Simplicia enim si bona sint, ferè eodē modo operantur: at compositiones tunc maiorem, nunc minorem suam vim reddunt: hoc autem evenit ob diuersam compositionis descriptionem, aut ob diuersam præparationem, aut ob aliquorum, aut omnium simplicium depravationē, vt in Catholico videre licet: possunt enim in eo infiniti errores committi, vt potest prætermitti polypodium, vel senna, vel rhabarbarum: vel possunt simplicia sine effectu esse, aut vitiosa, idque vetustate, vel alia ratione: alia enim minus triturata sunt, aut magis propter quam diuersitatem magis aut minus operantur, vt de azaro superius dictum fuit, quod fortiter trituratum urinas mouet, crassius ventrem laxat. alia incocta, alia minus cocta: ex iis omnibus immutatur vis medicamenti compoſiti. Quare utilius est simplicibus vti, quam male præparatis cōpositionibus: possumus enim quod non licet in his, priusquam parentur illa, eorum delectum facere, vt rhabarbari, manna, cassia, diacridij, eaq; optimè præparare. Nos tamen, ubi simplicia aliquot fuerimus persequuti præparatum etiam compositionum communem dosim indicabimus, quam augere: vel minuere ex superiori monstratis, poterit Medicus. De rhabarbari quantitate, obiter superius monstratum fuit, siue in decoctione, siue in substantia, siue in infusione ponatur: vt de esulæ quantitate, turbit, agarici, & polypodij, cum de radicum quantitate ageremus. Nunc de diacridij, scammonij, colocynthidis, manna, & aliorum medicamentorum dosi, agendum est. Laxantia medicamenta, quæ sua humiditate, vel visciditate laxant, vel sua dulcedine, in magna quantitate administrari debent, vt ab 3. j. visciditate ad 3. j. f. talia sunt pruna, sebesten, tamarindi siue oxyphoenici, mucilago psyllij, cassia, manna.

Vnde talis  
difficultas.

Laxantia  
vel humi-  
ditate vel  
visciditate  
vel dulce-  
dine.

F Quæ

G V L I E L M I R O N D E L E T T I

*Laxatia acrimonia.* Quę verò sua acrimonia, non leuiter laxant, à G. ij. ad G. xij. poni debent, vt diacridium, scammonium, colocynthis, euphorbium, & elaterium.

*Laxantia adstringēdo.* Quę vel astringendo, vel quę sua substantia mediocriter laxant, vt agaricus, aloë, myrobalani, omnia, media quantitate dantur: sed quo certiores sint studiosi, de eorum singulorum agemus dōsi. Cassie dōsi, per se, si recens sit, est à ȝ. iij. ad ȝ. j. si per os assumatur. Nam experientia s̄epe cōprobaui, ob largam humiditatem, tunc superpurgationem facere: si in clysteribus, ab ȝ. j. ad ȝ. ij. poterit dari: si non recens ab ȝ. l. ad ȝ. j. l. vel ad ȝ. ij. secundum aliquos: quę tamen quantitas mihi videtur esse nimia. Tamarindi per se, pro vna dosi, à ȝ. iiiij. ad ȝ. j. vel ȝ. j. l. viurpantur, non enim magis laxant quam pruna acida. In apozemate bilem laxante, aut alijs mēdicamentis permixti, ab ȝ. j. ad ȝ. ij. In firupo detergente, aut refrigerante à ȝ. Myxorūm. iij. ad ȝ. l. Myxa numero mensuramus, si integrā sint: in apozemate quidem laxante Pa. xx. in alterante verò ad Pa. iiij. vel iij. Pulpā sebesten, ab ȝ. j. Prunorūm dulcium. datur ad ȝ. j. l. Prunorum dulcium eadem quantitas est, vt sebestē. Acida pruna, vt tamarindi, men- acidorūm surantur, siue ad alterandum, siue ad laxādū, siue cum passulis, & ficubus ad deterionem ponantur, ad Pa. v. vt superius monstratum est, sunt po- Myrobala- nenda. Myrobalani omnes ex diuersis substantijs nos diuer- sunt, ob id diuersas habent facultates, laxat enim, sis constare & adstringunt, & detergent, vt rhabarbarum. substantijs. Quare separandæ sunt istæ substantiæ, pro diuer- fa intentione, verum multò difficilius separantur, quam in rhabarbaro: quia rhabarbarum rārū est, myrobalani verò densæ sunt, & aēream substantiam terreæ magis permixtam habent, separantur Myrobala- autē infusione, aut leui coctione. Dosis ergo my- robalorum erit pro diuersa compositione, & mate-

materia. Chebularum dosis est, in substantia à ȝ. ij. ad ȝ. f. in infusione verò ab ȝ. f. in infusione ve-  
rò ab ȝ. f. ad. i. f. si per se sumantur. Indarū eadem dosis est. Emblicarū dosis est à ȝ. iiij. ad ȝ. iiiij. vel y. in substantia: in infusione verò ab ȝ. f. ad ȝ. i. Bel-lericarū eadem dosi mensurantur. Citrinæ verò in substantia à ȝ. ij. ad ȝ. iiiij. Infusæ verò à ȝ. iiij. ad ȝ. x. sed raro dantur nisi infusæ, & decoctæ, per se. In substantia verò in dysenteria tantum, & alijs alui fluxionibus, in quibus, non nisi in principio, damus illam magnam quantitatem, cum corpus inanitum non est. Si decoquantur, in maiori quantitate ȝ. j. quam in infusione dandæ sunt, quia minuitur vis laxandi decoctione. Aloë vario ponde-  
re recipitur: si enim pilulis materia sit ab ȝ. f. ad ȝ. i. ponetur in massa: in substantia verò pro vna dosi per se à ȝ. j. f. ad ȝ. ij. in infusione verò à ȝ. j. ad ȝ. iiij. Decoquitur etiam à nonnullis sed id leuiter faciendum est, & in magna quantitate, si ad morbum gallicum præscribatur: habet enim facultatem potentissimè exsiccandi: & hæc de non iota sunt intelligenda. Lota enim in multò maiore quantitate, si ad laxandum detur: si autem ad siccandum, vel corroborandum, minori. Lotio-  
nem verò intelligo quæ fit cum aqua simplici saltem aliquo humido non laxante, vt fit in Pilulis ælephantinis, in quibus aloë aqua, in qua odora-  
ta decocta sunt, abluitur. Si enim in decoctione aliqua laxante ablueretur, vt succo rosarum, mi-  
nuenda esset quantitas. Mannæ vt cassia mensura-  
tur: secundū alios à ȝ. vj. ad ȝ. xxv. Senna in sub-  
stantia à ȝ. ij. ad ȝ. f. decocta autem à ȝ. iiij. ad ȝ. j. Raro infunditur, quia mucilaginosam infusio-  
nem reddit: quare si infundi debeat, non diu, sed  
qua decoquitur: si ad morbum galicum detur,

F 2 sola

G V L I E L M I R O N D E L E T I I

sola in decoctione Gaiaci ab 3. f. ad 3. j. f. ponit de  
*Epithymi* bet. Epithymus, & cuscuta in substantia à 3. ij. ad  
 & *Cuscu-* 3. viij. in decoctione verò à 3. v. ad 3. xx. ponitur:  
 ita. & hoc hyeme fit, nā æstate minori quætitate sunt

*Lapidis* danda, quia acria, & valde sicca. *Lapidis cyanei*,  
*Cyanei* & armeni dosis dicta est inter lapides. *Scamoniæ*  
*Armeni*. dosis est à G. v. ad G. xij. per se: ad aliorū verò agi-

*Scammo-* tationē à G. ij. ad G. v. *Diacridium*, quod antiquis  
 nij dosis. erat lacryma scamoniæ dissecta, hodie scamoniū  
*Diacridij* coctum, maiori quantitate usurpari potest: quia  
*Euphorbij* eius vis & tenuitas imminuta est, coctura in malo  
*Castorei* cotoneo facta, & ita imminuta aliquādo, vt nihil  
*Colocyn-* thidis. ei supersit virium. *Euphorbij* à G. ij. ad G. iij. & se-  
*Trochiforū* cundū alios à G. iiiij. ad G. xij. quarū prima est tu-  
 alandal. tior, quia secunda nimiu calfacit, & propemodū

*Catholici* inflamat, & fortiter subuertendo vomitionē pro-  
*Diaprunis* uocat. *Castorei* dosis maior esse potest, q̄ euphor-  
 simplicis. bij, quare ad G. xij. usurpari potest. *Colocynthidis*

*Diaprunis* à G. xij. ad G. xx. cum per se exhibetur, quod tamē  
 solutiui. raro fit, ob amarorē, & exulcerādi vim, quare tu-  
*Diaphæni-* ti. ror erit visus *Trochiforū* alandal. *Trochiforū* au-

*Electuarij* tem alandal dosis est, si per se sumantur à G. vi. ad  
 de p̄fillo. G. xij. *Catholicū* & *Diaprunis* simplex ferè eadē  
*Confectionis* dosi dantur qua cassia, siue per os, siue per clyste-  
 hamek.

rem sumantur. *Diaprunis* verò solutiui dosis est à  
*Electuarij* 3. ij. ad 3. f. *Diaphoenici*, à 3. ij. ad 3. v. *Electuarij*  
 de succo ro- de p̄fillo, à 3. iiij. ad 3. iiiij. f. *Confectionis* hamek,  
 farum. à 3. ij. ad 3. f. vel ad 3. vi. *Electuarij* de succo rosa-

*Diacartha* rum, à 3. ij. ad 3. v. *Diacarthami*, & *Electuarij* de  
 mi *Electua* ri. de *Citro* citro solutiui, eadē mensura à 3. j. f. ad 3. vi. Indū  
 solutiui. maius, à 3. ij. ad 3. vi. datur. *Benedicta*, & *Hiera*

*Indi maio-* simplex à 3. iiij. ad 3. v. quanquam *Hiera* ab 3. f. ad  
 ris. 3. j. dari possit, minus enim laxat quā *Benedicta*.

*Benedicta*, Quod aliqui scripserunt à 3. j. ad 3. j. f. hoc forte  
*Hiera sim-* de pilulis intellexerunt, vel de pulueribus, in qui-  
 plicis. bus nihil mellis est quod molem augeat. In cly-  
 steribus

steribus à ȝ. vi. ad ȝ. ij. f. vel ȝ. ij. si alijs medicamen  
tis admisceantur: si per se sola ponantur, vt in ne-  
phritico dolore, ab ȝ. j. ad ȝ. ij. in primo clystere.  
In alijs autē ad ȝ. f. tantū , laxat enim, & discutit  
flatus: dixi in primo clystere, ad stercora illa indu-  
rata vacuanda: sed in sequētibus nō est ponenda  
tanta quantitas, ne acrimonia dolorem excitet.  
Aliarum compositionum laxantiū dosis erit simi-  
lis compositionibus traditis hactenus: si eundem  
humorem purgent, & eandem quantitatē dia-  
cridij, vel scammonij , vel colocynthidis accepe-  
rint, ab his enim, magna ex parte sumitur quan-  
titas medicamenta laxantis.

*A quibus  
simplicibus  
laxantium  
composito-  
rum quan-  
titas poif-  
sumus de  
sumatur.*

*De Dosis Pilularum. Cap. XXXIX.*

**P**ILULARVM dosis sere eadē est. Im-  
becilliorū enim quarū segnior in agendo  
vis est, portio magna est imperanda. Cui  
non imparē fortioribus quas magni morbi tantū  
postulant, sed fortē eandē audacter tribuimus. In-  
ter eas autē medijs medianam , quæ non multū ta-  
men à maxima recedat. Pilularū imbecilliorū nu-  
mero Aelephanginas , de Hiera simplici, Sebelli-  
nas , Stomachicas cōpræhendimus , quæ à ȝ. j. ad  
ȝ. ij. præscribuntur. Hæ tamen interdū quidē vna  
vel duabus horis ante cibū sumuntur, sed minori  
quantitate, scilicet à ȝ. j. ad ȝ. f. ne si magis moue-  
rent, cibi concoctionē interpellarent: post cibum  
autem, à ȝ. j. ad ȝ. j. vel ij. Pilula poriò de rhabar-  
baro, & Sine quibus, & de Hermodactylis, & alię  
quæ paucū diacridij recipiunt, & quæ, ob magna  
myrobalanorū quantitatē, minus validā sunt,  
præscribuntur a ȝ. j. ad ȝ. j. vel secundū Mesuem  
a ȝ. j. ad ȝ. ij. sed hæ longē à cibo sumendæ. Paulò  
autē fortiores, siue mediae, quales sunt Aggrega-  
tio, de Sarcocolla, de Agárico à ȝ. f. ad ȝ. iiiij. For-  
tissimæ vero & vehementissimæ vt pilula de La-

*Imbecilli-  
res.*

*Fortiores  
siue mediae  
Fortissimæ*

F ȝ pide

G V L I E L M I R O N D E L E T I I

pide lazuli, Lucis maiores, & minores, Foetidae maiores, & Minores, de Euphorbio, Cochē, Indē, Aurea, & quæcūq; elleborū, vel colocynthin, vel lapidē lazuli recipiunt à 3.j.ad 5.j.vel. 3.iiij. Hæc est hodie facientiū medicinā cōmuniſ dosis: olim enim Galenus pilulas xv.dedit, Pilularū ex colo-cynthide, quarū pōdus minus esse nō potuit 5.ij. Quod si ad maximā quantitatē illā veniendū sit, quia molestū est ægrotantibus tot pilulas vna vi-ce deuorare, vtile fore censeo mediā dosim inter magnā & paruā assumere, addendo diacridij, vel Trochiscorū alandal, ad supplendū id quod de-traximus de mole, G.v.vj.vij.vel x.secundū vires egri. Quod si 5.j.harū pilularū, ob difficultatē ægrorum, tantū usurpemus, plus diacridij in bilio-nis morbis, Trochiscorū verò alandal in pituitosis

*Minima fortissima-  
rum pilula-  
rum quan-  
tias.* addemus, & melancholicis, vel lapidis lazuli tan-tudem. Animaduerte, fortissimarū pilularū mini-mam quantitatē esse 3.j. quia si minor assumere-tur, exagitaret ventrem, & nō purgaret, & nō eu-a cuando magis offendenter corpus, quām pilulæ imbecillæ, aut medix.

*De Syrupis. Cap. XL.*

*S*IRUPVM coctorū ad perfectionem nō laxatiū, excalfacientiū, refrigerantiū, humectantiū, siccantiū, lenientiū, incrassantiū, vel incidentiū dosis erit à 3.vj.ad 5.ij.cū dupla proportione aquarū, vel decocti. Tales sunt Sirupi endiuix, Violaceus, Capillorū Veneris, de Laxantes. Bizantij, & de Stoechade. Laxantes autē: vt Siru-rupus rosatus laxatiuus Violaceus ex multis in-fusionibus, de Fumo terræ, de Cichorio compo-situs cū rhabarbaro, de Epithymo, & de Thymo, hi omnes dantur ab 3.i.f.ad 3.iiij. si per se sumātur,

*Decoc-tio  
laxativa.* cum aliqua quātitatē aquæ affectui accōmodatę, vel cū decoctione aliqua. Quod si decoctio laxativa

tiua sit, syrupsponi potest minori pondere: si  
 minus quātitas aquæ minuenda, & ea usurpanda  
 quæ sufficiet ad syrupū spissum diluendum, vt cō-  
 modius bibi possit. Si decoctio, vel aqua iuuet ali  
 qua ex parte actionē medicamēti, vel incidendo,  
 vel attenuando humores, vel aperiendo obstru-  
 ctiones, vel ad castigationē alicuius vitij, semper  
 pro qualibet  $\text{z.}$  syrupo, addatur aquarū  $\text{z.} \cdot \text{e.}$   
 Timenda enim est maior quātitas in medicamen-  
 tis laxantibus, quia vomitionem excitant. Syrupo  $\text{syrupus Ro-}$   
 rosato laxatiuo, in principio febrium, & in affe- $\text{satus laxa-}$   
 ctionibus in quibus obstructiones ad sunt, aqua  $\text{tius.}$   
 graminis, & capillorū veneris. In affectibus verò  
 pituitosis, aqua apij, vel petroselini. Si ob affectū  
 vētriculli, additur æquali cū syrupo quātitate, de-  
 coctum vel aqua absinthij: sed tutius datur aqua  
 quā decoctum, quid illa distillatione partes ter-  
 reas, & crassas dimittat. In affectibus capitis, &  
 neruorum cū aqua betonicæ: vt in affectibus tho-  
 racis, cū aqua decoctionis glycyrrhizæ, vel hyssopi,  
 cōmodè exhibitur. In decocto autē mercuria-  
 lis, vel sennæ in melancholicis affectibus, & cùm  
 magis laxare volumus, æquali mēsura ponitur: vt  
 cum pituitā magis purgare desideramus, cum de-  
 cocto carthami syrups papaueris ab  $\text{z.} \cdot \text{e.}$  ad  $\text{z.} \cdot \text{j.}$   $\text{syrupus Pa-}$   
 cum aquis lactucæ, & violarū, aut nenupharis,  $\text{x-} \cdot \text{pauoris.}$   
 quali pōdere datur, sine aliquo puluere cordiali,  
 aut exsiccate: potest; dari talis quātitas, etiā quā-  
 do apponitur Oxyrrhodinū capiti, aut cū naribus  
 injicitur narcoticum aliquod, aut cùm abluntur  
 pedes decocto refrigerāte, ea enim quantitas suf-  
 ficit, eiusmodi remedijs refrigeratibus, capiti ap-  
 positis: sine medicamēti autē somnum cōciliā-  
 tibus extrinsecus appositis, dari potest ab  $\text{z.} \cdot \text{j.}$  ad  
 $\text{z.} \cdot \text{i.}$  in magna difficultate: & in ea dosi apponun-  
 tur puluces cordiales à  $\text{d. j.}$  ad  $\text{z. j.}$  vt Confectio

*Decocatio  
iuuans sy-  
rupum.*

F 4 alker-

G V L I E L M I R O N D E L E T I T

alkermes in melancholicis affectibus , aut in ijs morbis , in quibus calor nativus languidus est , ipsiusque extinctionem pertimescimus : Diarrhodon abbaris , cum nimiam ventriculi refrigerationem timemus : Diarriæ simplex , cùm retentionem materiae expectorandæ aquam graminis , cum nimiam obstructionem : aut aquam capillorum veneris , vel tertia partem sirupi eiusdem , cùm retentionem , vel nimiam incrassationem materiæ veremur . Aquę violarum , & buglossæ , in omnibus affectibus addi possunt . Sirupus hic tanta quantitate cum magna præcautione , & præmeditatione dandus est : quia Pharmacopœia hunc sirupū parant cum semine papaveris albi , & nigri , vnde in valde debilib⁹ vel ætate , vel morbo , somnus profondus inducitur , nativusque calor , hoc est vita extinguitur . Sirupus in opiatis , & ad pulueres ex compoſitionib⁹ alijs cipiendo , & ad dulcorandum , & vt efficaciores reddatur , ponitur , sicut in electuarijs , & potionibus cordialibus . Quare illis scopis accommodatores usurpanter , vt in opiatis , vel remedij ad melanholiam . Sirupus de pomis : in remedij ad pectus , Sirupus capillorū veneris : in remedij ventriculi , Sirupus conseruationis corticū citri , si iuanda sit concoctio , & non ad constringendum . Si ad constringendū , Sirupus conseruationis myrobalanorū , vt in lauitate , & laxitate ventriculi , & intestinorū accommodatiō erit : vel si fortius id prestandū , Sirupus de cydonijs : & in capitalibus , Sirupus de stœchade : si ad venerem , sirupus conseruā radicum Iringiorum , vel Zingiberis , vel Satyronis , vel Nucum conditariū : quantitas horū est , quod sufficit ad excipiendum in opiatis . In potionibus vero cordialibus , aut alijs , dosis est ʒ . f . vel ʒ . j . Siruporū expectorantiū , & inspissantium , si eclegmatis modo assumātur , quātitas erit cochlear

Prudenter  
esse exhi-  
bendum.

*Sirupi alijs  
compositio  
nibus mis-  
cenur.*

lear vnum: si verò bibantur, dosis erit  $\frac{3}{4}$ .j. vel  $\frac{3}{4}$ .ij.  
vt superius de Sirupo de papauere dictum est: ni-  
fi quod liberalius expectorantes dare possumus.  
quā inspissantes: minus enim sunt periculosi. Ex-  
pectorantes sunt Sirupus de hisopo, de Glycyr-  
rhiza, de Marrubio. Inspissantes autem, Sirupus de  
papauere, de Iuiubis, Violatus. Sirupus de papa-  
uere summè id facit: de Iuiubis mediocriter: de  
Violis: debiliter quare augenda erit dosis, secun-  
dum quod minus efficaces sunt, & opus erit.

## De Oxymelito.

Cap. XL I.

 X Y M E L aliud simplex est, aliud compo- *Cōpositum.*  
sūtum: compositum autem aliud aperiens,  
aliud laxans, aliud detergēs. Oxymel om-  
ne sequitur dosim siruporum similiūm: Oxymel *Simplex.*  
simplex, eadem quantitate qua sumitur Sirupus a-  
cerosus, ab  $\frac{3}{4}$ .j. ad  $\frac{3}{4}$ .ij. in præparantibus remedijs.  
In potionibus verò ad  $\frac{3}{4}$ .j. vt in prouocantibus  
vrinas, & comminuentibus calculum: si eclegma-  
tis modo sumatur, mensura cochlearis. Itē Oxy- *Detergens*  
mel detergens, quale est Scilliticum, eadē mēsiura  
accipitur: præterea Oxymel diureticum. Oxymel *Diureticū.*  
verò laxans, vt Iuliani, aliorum more laxantium *Laxans.*  
siruporum sumitur, addendo aquas, vel decocta,  
vt de sirupis dictum fuit, si crassius sit: si dilutius,  
sine aquis, & sine decoctione.

## De Pulueribus.

Cap. XL II.

 V L V E R E S cordiales, stomachici, ce-  
rebrales, pectorales mensurantur secun-  
dum suam efficaciā, vel secundum formā  
remediorum, aut secundum eā quibus admiscen-  
tur vel secundum scopum, vel secundum diuer-  
sam præparationē. Pulueres omnes qui suauiores *Suauiores.*  
sunt, si in brodio, vel aqua aliqua excipiātur, à  $\frac{3}{4}$ .j.  
ad  $\frac{3}{4}$ .ij. sumi debet, vt Puluis diamargaritonis frigi-  
di, Diasatali, Diarrhodō abbatis, Aromatici rosati.

F 5 Effica-

**Efficacia.** Efficaciores autē à 3.£. ad 3.ij. vt Puluis diacameron, de Gemmis, Puluis confectionis alkermes in forma opiatæ, plusquā in tabellis, & conditis. Si vino admiscetur, vel aquis efficacioribus, vt aquæ vitæ, tunc minuitur dosis, quia citius ad cor perueniunt, & multum afficiunt. Pulueres cordiales suauiores, in potionibus cordialibus à 3.£. ad 3.j. cum 3.iiij. aquarū, & 3.j. siripi sumuntur. Si vero potionibus ad humectandum, vel refrigerandum, vel conciliandum somnum parentur 3.£. sufficiet, si modo absque Sirupo de papauere dentur, tunc enim ad 3.j. imponi possunt, ad obtundendam sirupi nimiam vim. Verum cum alijs sirupis, & aquis, adeo magna quantitas, humectationis, vel refrigerationis actionem impediret. In eclegmati, & pectoralibus remedijs ponuntur pulueres, Diatragacathi, incrassantibus à 3.j. ad 3.ij. In expectorantibus leuiter, Diairis simplicis à 3.£. ad 3.j. vel 3.ij. Diairis salomonis: a 3.£. ad 3.£. augēdo, vel minuendo pro forma remedij. Pulueres in instauratiuis adduntur ea proportione, qua in opiatis: vel pro 3.j. decoctionis capi, puluerum cordialium 3.j. imponimus.

*De Confectionibus.* Cap. XLIII.

**Cordiales.** ONFECTIONES cordiales etiā eadem mensura præscribuntur, qua & pulueres: nisi quod paulo maiore, ob sirupum additum, vel saccharum, vt Confectio aromatici rosati, & Confectio alkermes dosis erit à 3.j. ad 3.j. vel à 3.ij. ad 3.£. Confectionis alkermes varia est dosis, pro intentione diuersa, & varia præparatione: nam si ex lapide lazuli assato paretur, ad virium corroborationem, à 3.£. ad 3.j. dabitur: si vero ex eodem lapide tantum abluto, & non assato, à 3.£. ad 3.j. ad virium etiam corroborationem, cùm nulla est fluxus

fluxus vētris suspicio. Cum ventrem mouere volumus, & à corde atrabiliarios fumos arcere, vt in melancholicis affectibus : tunc à ȝ.j.ad ȝ.ij. cum Sirupo violato, vel Buglossæ, vel Capillorum venēris, & eorum aquis damus: & hoc etiam in statu morborum acutorum, cum medicamenta laxantia dare formidamus: tuncq; potius cum Siripi violacei ȝ.j. vel ȝ.ij. datur, quam cum alio quolibet: habet enim vim laxandi, & refrigerandi, & temperandi acrimoniam confectionis: ad eius autem iuuandam actionem, optimum est clysterem injicere. Ea enim compositio, in ea quantitate assumpta ventrem mouet, nam lapis lazuli, ablutione nō deponit prorsus suam acrimoniam & vim laxandi quam habet, imoretinet, vt appareat ex Pilulis de lapide lazuli, & Indis, & de Quinque generibus myrobalanorum, in quibus etiā ablutus ponitur, & pulueribus paratis eo lapide ad purgandū: ob tantamque vim laxandi, quā habet hæc cōpositio, Ioannes à falco, huius Academię De-canus eruditissimus, & prudentissimus, in fluxibus ventris nunquam dare voluit: & iusta ratio-ne reprehendebat siuos coxtaneos, quod in talibus dispositionibus Confectione alkermes vteretur. Ego autem superioribus annis, vidi Archidia-conū Valentiae, canonicū huiuscē vrbis, in dysenteriam incidisse ob nimium, & frequentem vsum huiuscē cōpositionis. Quod autem maius pōdus detur assati, & abluti, quam abluti tantū: id ea ratione fit, quia sola ablutio, in insitam, & ingenitā acrimonīa parum vel nihil potest agere, imo ea, vſtione tantum tolli potest: ex qua id empyrema-tis, quod secundū contrahitur, ablutione, ſepiuſ iterata, sine dubio tolli poterit. In Hispania necnō apud nos in quibusdam officinis adhuc paratur ſine vſtione: quia adhuc antiquorū erroribus fue-

*Ioannes à  
falco.*

*Archidia-  
conus Va-  
lenzia.*

runt

G Y L I E L M I R O N D E L E T I Y

runt addicti. Sed si quis velit parare , duplícē habere debet,vnam ex vsto, alteram ex non vsto lapide compositionem. Confectio de hyacinthe in quibusdam locis paratur, æqualiue pondere datur quo Confectio alkermes , vel etiam maiori: quod eius usus tutior sit & minus periculosus in quibus conuenit.

*De Trociscis.*

*Cap. XLIV.*

 **T**ROCIS CORVM alij palato gratiōres, alij prorsus molesti sunt , alij caustici & vrentes,alij non vrentes, alij efficaces, alij inualidi, alij cum opio, alij citra opium cōpositi. Sunt & qui foris tantū adhibentur : & qui intro recipiuntur:qui aluum subducunt,& eandem qui sītunt: qui sunt ~~æres opūtines~~ hoc est venarum ora recludentes & referantes : qui alij item obserare & ocludere deprehenduntur . Si grati sunt & minus efficaces & sine opio,& intus assumenti eorum 3.£.aut 3.j. pro vna dosi tantū sufficiet: ne opio. vt Trociscorū de bolo, & de Terra sigillata. Quod si nulla omnino saporis gratia gustui sint cōmentabiles vel magis efficaces , aut opium recipiunt magis effi- à 3.£.ad 3.j. mensurā eorum præscribere tantum caces cum licebit:eiulmodi sunt Troc.de rhabarbaro,de Eu- opio. patorio,omnesq; etiā illi quos veteres ad affectus renum & vesicæ, cum opio descripsérūt: ex quorum numero sunt Trocisci alkekengi. Quod autē ad Trociscorum foris ad mouendorum mensurā attinet eā à 3. £.ad 3.j.vel ad.ij.circumscribi posse dicimus: modo caustici non sint. Talium enim si exulceratæ parti sint adhibēdi maior quantitas est vitanda. Ea tamen audacius admittēda cùm ab ijs tantū cutis attingi debet. In qua etiā cum magna sit pro ratione partium personarumque diuersitas, ab ea ruris augēdæ minuendæ acrum & causticorum trociscorū quantitatis indicatio alia sumitur.

*Grati &  
minus effi-  
caces & fi-  
ne opio.*

*Ingrati-  
dabiles vel magis efficaces , aut opium recipiunt  
magis effi-  
caces cum  
opio.*

*caustici.*

sumitur. Cutis enim capitis quām colli, partiumque aliarū, delicatori mollioriūque cute cōuestita, tum maiore, atque etiā sana quāmqua abscessu obsessa pars est, parteretur mensuram. Sic etiā hominū qui in regionibus frigidioribus degunt vel eorū qui vītæ institutū laboriosum persequuntur cutis, maiorem preferre posse videtur. Accidit vero interdum ut partē aliquam trociscis istis aperire oporteat, in qua si magna sit apertura facienda maior quantitas: si verò parua, minor sanè requiritur. Trocisci porro, in vniuersum exceptis causticis raro per se & trociscorū formam feruantes paucos suā figurā fer-  
 vīsurpantur. Dissoluuntur enim, aut in puluerē re-  
 uare cuncte  
 diguntur, ut potionibus, & opatiis, collirijs, vel in vīsum  
 vnguentis conficiendis accommodentur. Tan-  
 tumq; de ijs addendum, vel detrahendum, quantum  
 natura eorū quibus admiscentur postulare  
 videbitur. Sic enim cum saccharo vel cum sirupo  
 grato, grati assumantur, multum illorum addere,  
 non erit pertinacendum. Soli ceterum trocisci,  
 ad fumigia, & cauteria instituti, suā figuram fer-  
 uant & retinent, in eaque quantitate quam volu-  
 mus, vīsurpātur. Cuius generis sunt Trocisci Gal-  
 liae & Aleptae muscatæ. Non vrentes autem Tro-  
 cisci extrinsecus apponendi & absque opio à 3. f.  
 ad 3.j. recte præscribi poterunt.

De Eclegmatis. Cap. XLV.

**E**CLEGMA T A parata vīsurpantur sine certa quantitate: imperantur tamen ad 3. fine ceri: a iiiij. vel. vij. præscribendo, vt sensim trans glutiantur, accipientes quantū baculo glycyrrhi- zę assimi potest. Si autē ex diuersis paretur eclegma, quæ non ex æquo cōueniant, tunc non æqua- li portione permiscentur: sed illius semper maiorem quantitatem vīsurpamus, quod scopo fuerit magis accommodatum. Idem sentiendū de ele-  
 ctuarījs,

G V L F E L M I R O N D E L E T T I

Etuarijs, de pulueribus, emplastris, vnguētis, opiatis, & ceratis, omnibus denique cōpositionibus.

Quarū quantitatē, tantā deinde imperamus, quæ sufficiat necessario vsui, pro tēpore quo opus erit.

*Quantitas Verūm, cū minus certi erimus de ægrotantis medicamē-*  
*scrum que ad plures*  
*doses p̄scribantur.* cilitate in assumendis remedijs, vel quando mortuorum mutationes celeres habebunt, melius erit minorem quantitatē imperare, ne dum eorū iactura fiet, incassum nimiæ impensa sequantur.

*De Clysteribus.*

*Cap. XLVI.*



LYSTERES, non vna & eadē quantitate imperantur, aliquando maiore, interdum minore. Quantitatis autē modū quanitas colligimus ex corporis magnitudine, & ventris plenitudine, & à morbo, & à scopo. In proceris corporibus, & inanitionibus magnis intestinorū, imperamus lib.ij. iniectionis, vt lib.j.£. decoctionis sit, olei verò, vel succorū lib.£. sic vt omnia adimplent quantitatē lib.ij. In maximis & gigantibus hominibus, exceditur etiam illa quantitas. At cum fluore, in affectibus qui cū fluore iuncti sunt, cū volumen intestina eluere, & iniectionē citò reddi, videlicet cum detergere tantū opus est, eā maximā quantitatē imperamus, quò melius omni ex parte, intestina illa iniectione detergantur & eluantur, quæ est ad lib.j.£. vel lib.ij. Id etiā obseruatur in vlecre detergendo, quod præsertim altiora intestina obsedit. In alijs autē affectibus, quibus diutius clysteres retineri oportet, minorē quantitatē imperamus. Maior enim facultatē expulsive statim proritaret, nec proinde se satis diu retineri pareretur. Quo sit vt lib.£. decoctionis injicienda sit, aut lib.j. tantū, in doloribus colicis, & nephriticis, & in magna excrementorū plenitudine, & inflammationib⁹ ventris inferioris, & tumoribus, & in grauidis, & difficulter respirantibus, &

*Vbi diu re-*  
*tinendā.*

quando

quādo affectus in vltima parte recti intestini est. At in enterocele multo minor, ne iniectione ad scrotū descēdat quodvalde periculosest, quare sicogamur clysterē præscribere, paruā iniectionis quantitatē imperamus. In alijs herniæ speciebus nihil est periculi. Idem intellige faciendū, cū ius aliquod, vel brodū nutritionis gratia injiciendum erit. Tunc enim iniectionem omnino retinēti ad Brodium neri necesse est. Similis est puerorum ratio, quo-  
rum clisteres eadem, vel minore quantitate con-  
nem.  
tentī sunt. Olei porrō & medicamentorum laxan-  
tium quæ in clisteribus recipiuntur quantitatē, cū superius edocuerimus, nihil est quod huic de clisteribus doctrinæ addendum iam restet.

*De Antidotis Colicis & Arteriacis.*

*Cap. XLVII.*

**A**NTIDOTA, & Colica remedia, &  
Arteriaca ferē omnia opium recipiunt:  
quare dosis alia erit recentium, alia anti-  
quorum. Recentia autem antidota dari possunt à  
3. f. ad 3. ii. antiqua verò à 3. f. ad 3. j. vel duas, id-  
q; in morbis in quibus cōueniunt. In venenis au-  
tem, si ad præcautionem dentur, ad fabæ ægyptiæ  
magnitudinem, si Galeno credamus, sunt affumē-  
da: si post venenum, quantitas danda erit quadruplo,  
vel quintuplo maior, & bis in die, vt euincatur  
veneni vis. Præceptor Galeni morsis à cane  
rabido recenter, cochlearē magnum dabat: iam  
diu verò antè morsis, duplabat dosim, duo coch-  
learia dando. Maior enim quantitas medicamēti,  
ad morbum antiquum quam ad recentem est ne-  
cessaria, & ad curationē morbi, quam ad præcau-  
tionem. Pilulæ ad catharros ex opio, quia solidio-  
re forma sunt, & diutius in ventriculo remoran-  
tur, dabuntur à G. vij. ad G. xv. & hoc si sex mentiū  
sunt, & in corpore robusto, & forti. Hic notare o-  
portet

Preceptor  
Galeni.

Morsi à ca-  
ne rabido.

Pilula ad  
catarrhos  
ex opio.

G V L I E L M I R O N D E L E T I I

*Medicamē  
ta mole ple  
rūgne men  
surari.* portet antiquos, & recētiores, etiam metitos esse medicamenta, ut plurimum, mole: vt magnitudo fabæ ægyptiæ, & nucis ponticæ. Id autē simili- ter facimus, cum rusticis vsum medicamentorum imperatius, dicimus enim opiatas ex Cassia, & Catholico ad nucis quantitatē accipiendas esse: cordialium opiarum ad fabæ, vel castaneæ ma- gnititudinē: puluerum cochlear vnum, vel ij. vel. iiij. Hoc autē sit cùm non possutus habere pondus paratum, proinde eam molem medicamenti im- peramus, qua pondere iusto respōdeat. Hæc suf- ficiāt de quantitate simplicium, & compositorum medicamētorum: super est vt de collocatione eo- rum, in remedijs componendis, aliquid dicamus, ad eiusque theorematum probationē, aliquas an- tiquorum præscriptiones subiungamus, ne à no- bis præcepta hæc prorsus confūcta existimetur.

*De simplicium medicamentorum collocatione.*

*Capit XLVIII.*

*E*XPLICATIS, & indicatis hactenus dosibus tam simplicium, quām compo- sitorum medicamētorum, de eorū in præ- scriptis faciēndis ordine seruando, aliquid dicere, facturus operæ pretium mihi sum visus: vt quod aliqui longo viu & trito, olfecerunt forsan, si id facere non didicerunt, à quibus autē rationibus exordium haberet, nō viderūt, vt neque sibi certi esse de re tam utili, neque alios aliquid artis in ea docere potuerint vnuquam, alij autem omnes, vt maxima pars, etiā alioqui docti, maximo cum æ- grorum incommodo ignorarint prorsus, ego & theorematibus in vniuersum fulsirem, & peculia- riter demonstrarem. Theorematā autē duo, mihi sunt hac in re spectanda, quorum vnum, & magis necessarium, vt imperitiæ iuniorum Pharmacopo- larum subueniatur, à benè præparandi ratione de- sumetur:

*Theorema-  
ta duo.*

sumetur: alterum à quātitatē, vel dignitate medicamentorum tam simplicium, quam compositorum, quæ, ratione cōpositionis facienda, simplicium cōditionē p̄fē ferunt. Ad primum veniam, illudque ita constituamus. Quæcunque ac-  
Primum  
theorema.  
 curiori, & lōgiori p̄paratione egent, ea priorē locum debent obtinere, hoc est si quid diffi-  
 cilis trituretur, infundatur, coquatur, aut misceatur, prius triturationi, infusioni, coctioni, mixtio-  
 ni est mandandum: quod vt indicetur inter tritura-  
 nda, infundenda, coquenda, miscēda, prius scri-  
 batur. Si autē infundēdorum, vel coquendorum,  
 vel miscendorum vnum aliquod, breuiori infusio-  
 ne, vel coctione, vel mixtione egeat, & præterea  
 trituratione, hoc postponatur dupli de causa,  
 vna quæ iā dicta est, altera, vt dum alia infundun-  
 tur, vel coquuntur, vel miscentur, hoc triturari  
 possit: sicque nulla fiat téporis iaētura, cuius me-  
 tu s̄apenumero Pharmacopola, tanto cum scele-  
 re, omnia perturbant, vt eorum quæ minus co-  
 quenda sunt, s̄apē vis proorsus desperdatur nimia  
 coctione: cōtra ea quæ longissima coctione egēt,  
 cūm eorum vis, à mediocri etiam erui nō poscit,  
 quanta necessaria est non extrahatur. Quod idem  
 in alijs p̄parandi formis evenit. Quam rationē  
 hodie à quamplurimis, dicam, Empiricis negligi  
 apparet, qui infundunt simul, & decoquunt gaia-  
 ci rasuram, fantalos, cinamomum, sennam, & alia  
 multa, quorum vel ea quæ sunt odorata, & laxan-  
 tia vim suā amittunt, vel alia non satis decoquun-  
 tur: vel vtrunque cōtingit. Secundum Theorema  
 est, vt ea, quæ maiorē sui quantitatē toti composi-  
 tionē tribuunt, & nobiliora sunt, priorē sedem  
 occupent: quod est erutum ex p̄scriptis anti-  
 quorum, qui in componendis medicamentis hoc  
 solum spectarunt, tantum excipientes ea quæ ma-  
Coccionis  
ratio quid  
possit.  
Empirici.  
Secundum  
theorema.  
Mos anti-  
quorum.

G teriae

G V L I E L M I R O N D E L E T I I

